eodem Bochnen se ad nos in eadem causa provocaverat pretendes se esse gravatam ex sentencia eiusdem Judicij Bochnen, Nos tunc processu cause et sententijs inde secutis predicti Judicij Bochnensis remissis, et ad plenum cognitis partibus utriusq coram nobis in termino comparentibus una cum Consiliarijs nostris ac de consilio Juris peritorum competimus, qd Judicium Bochnen. in causa eadem bene et juridice processit et sententias promulgavit, et qd pars actorea et appellans se in jure suo et fatalibus appellionis sue neglexit ac extra forma juris appellavit. Ideo supdictas sententias Judicij Bochnensis occasione predicti agri ultimo latas confirmamus et approbamus, decernen eadem robur et vigorem obtinere debite firmitatis, et conservamus vigore juris uti decreti, eadem Annam et Zophiam Kijkorum cum suis successoribus in pacifica possessione agri supdicti, qualibet impeticione et contradictione dicti Joannis Kijthlowski cum Dorothea Coniuge ipsius et successorum eorum cessante, quibus perpetuum silentium imponimus, et nihilominus ipsum actorem cum prefata Coniuge sua, tanqm juris victum in juris expensis condemnamus, quarum actionem ad jus ipsum Bochnen remittimus. Vobis itaqz advocato et scabinis Bochnen. ac alijs officijs quibus interest committentes mandamus omino habere volentes qto hoc nrm presens decretum, quociens per prefatas Annam et Zophiam fuerit requisiti sine debite executioni demandetis et demandare faciatis. Secus non facturi. pro gratia nra et officio vestro. dat

Contractus cum Joanne Behem de Nuxumberga Magistro Tormentorum

Sigismundus etc. Significamus etc. Nos per Generosum olim Joannem Boner Burgrabium et Zupparium Cracovien. cum Joanne Behem de Nuxemberga Magistro Tormentor talem contractum fecisse. Inprimis. Suscepimus eum Joannem in prefectum pixidatorum simulq machi: narum nraru ad decem annos immediate se sequentes incipiendo a quartali Michaelis proxime venturo, ita

59

ut hoc nitermedio tempore, negz nos facultatem habebimus illm a seruicio isto licenciandi, nec ipse se se ab eodem seruicio vlla racione, vel modis quibusuis abdicandi seu alienandi, verum in ipso seruitio nro continue persene: rare omnino per totum tempus supezius expressum tenebit. Porro hoc tempore, ipse magister Joannes, prefectus esse debet vti premissum est. Pipidarioxum et machinarum nrarum, quas suma cura, sumaqz sollicitudine proniderе tenebitur, ipsis etiam pipidarijs prescriptuns et mandaturus quicquid factu fuerit necessarium, tenebiturqz ad omnia obsequia subeunda, in quibus nos illius opera vbi volnerimus, siue id fuerit extra vel intra Racomia, vt pote ad bellum et militiam proficisci, cum vel absqz tormentis ut res ipsa postulauit, et nos iusserimus, quotiensumqz id fieri contingat, ibiqz pro captu ingenij sui debet fidelitez consulere, et quantum in illo fuerit, strenuam operam nauare in sagitando et globorum iaculationibus, aliisqz belli artibus vbicunqz id fuerit necesse. Preterea vbi iussus fuerit ad arces et castra proficisci, tenebitur tormenta et machinas bellicas reparaturus, simulqz racionem et modum indicaturus, quomodo munitiones et propugnacula extruenda sint. In summa, quicquid in re ipse, opera et consilio suo poterit, nobis et Reipublice usui esse, ad omnia paratum se se exhibere, nec se ab aliquibus obsequijs subtrahere, aut eximere debebit. Pro hac autem illius opera nos eidem magistro Joanni pro anno salario dare debebimus Ducentos florenos in moneta per triginta grossos computatos videlicet singulis anni quartalibus quinquaginta florenos, incipiendo a quatuor temporibus proxime thecosten proxime ventur, vltra quam mercedem nos illi etiam singulis annis honestam vestem de panno dare debebimus. Cum vero ipse magister Joannes extra curie morabitur, suis sumptibus viuere debet. Si autem contingat illum per nos aliquo mitti, ad castra aliqua, in itinere et loco illo debent ei cum equo et equis ex:

pense et necessaria subministrari. Cum vero ad bellum pro-
ficiscetur, nos illi et seruo uno, qui eius interpres erit, ex
pensas dare debebimus, & si nos indiguerimus aliquibus
tormentis, aut alijs rebus, obtulit se idem magister Joanes
quicquid id tandem fuerit se laboraturum diligenter et
fidelitez, modo illi tempestiue indicetur, quo possit familia
sibi parare. Materia que ex igne prouenerit, ut sunt
fragmenta, illa tota ad nos pertinebit. & si vel in ia-
culandis globis, aut labore isto fundendorum tormentorum
aliquid damni aut periculi eueniret id totum nos pati
debebimus, etiam quicquid in fundendis machinis, de ma-
teria, ut fit per ignem decreuerit et consumptum fuerit
id ipsi magistro Joanni prorsus absq; damno esse debebit.
Proinde, quicquid tandem idem Magister Joannes fuderit,
omnia necessaria illi vt antea subministrari debebunt.
Ipse etiam ut antea familiam tenebit, et pro quolibet cen-
tenario ex igne proueniente illi dari debet florenus
unus, per triginta grossos computatus. Cuius quidem
laboris experimentum dictus Joannes facere ob hanc causa
decreuit, qd licet ipse nichil prorsus lucri ex hac fusione
sibi desideret, quippe qui antea mercedem habeat a
nobis, tamen si familiam hoc salario alere negaret,
debet ipse rebus rerum sub fide sua omnem impensam
indicare, ibi habita ratione conseruationis sue, damnum
illius etiam non desiderabitur. Ceterum Magister Joanes
edictus nulli exteriorum, qui non subsit Regno uro pote-
rit alicuius laboris faciendi, aut etiam quicquid consu-
lendi facultatem habeat, nisi ex speciali mandato, et
consensu uro Liberum autem illi erit subditis nostris
priuilegijs aut ciuitatibus Regni uri, tormenta, Cam
panas fundere, aut aliud quemcunq; laborem facere,
sed tamen prius nobis intimare debebit, an nos eius
opera indigeremus. qd si nos eius persona opus habe-
remus, debet ipse, neglectis seu postpositis omnibus laboribus
id facere quod illi iniunxerimus, proficisci etiam ad quecunq;
loca missus fuerit, quicquid vero ipse magister Joannes

alijs pretergm nobis laboranerit, id ipsum in ponerio Civitatis nre Cracovien facere facultatem habebit, suis tamen instrumentis et sumptibus. Cui gnidem magistro Joanni decimus, damusqz presentibus literis nris liberam habitacionem seu mansionem vel residentiam in prefato Pomerio, eximimusqz illum et immunem facimus racione eiusdem habitacionis et residentie, ab omnibus et singulis Contributionibus et exactionibus nostris et Civilibus institutis ac institnendis quocunqz nomie vocitentur, & si ipse vltra ea edificia, qne in presens illic in prefato pomerio extant, edificare gnidpiam volnerit, id sumptu suo proprio et non nro regio facere debebit. Harum etc. vt supra. est appensum. Dat et Dat Cracovie die dominico proximo post festum sancte katherine. Anno domini Millē: trecentesimo, vigesimo qnarto. Regni nri anno decimooctauo.

Sigismundus rex sp̄t

Decretum super formula appellandi ad Iudicium supremum Ciuile Castri Cracouien, et ab illo ad sex Ciuitates pro Incolis Oppidi Bochnya.

Sigismundus etc. significamus etc. Quia cum questi essent coram nobis Ciues nostri Bochnen, se plurimum per eorum aduocatum et scabinos in causis suis, quas ipsos illic coram eorum Iudicio habere contingit, vel in hoc multum grauari, ipsasqz eorum causas et iusticiam difficiliorem fieri, vel longius differri, ut etiam ad multum debitum effectum deduci. qd ipse aduocatus et scabini, multas alias ipsorum appellationes ad ius supremum Magdeburgen Castri nri Cracovien admitteze soleant, qm illas que facte essent input formulam et modum iuris Civilis Magdeburgen. supplicassent qz nobis ipsi Ciues Bochnen, sibi in ea re, de oportuno remedio, auctoritate nostra regia prouideri, et alium modum conueniens ipsis tradi. Nos eorum supplicationi benigne annen, considerantesqz appellandi vsum, et frequenter accidere solere et necessarium esse, quippe qui, iniquitatem vel impericiam iudicantium, sepius corrigat, et in melius reformet, ac scientes formulam ipsam, vel processum appellationis in iure Civili Magdeburgen, adeo obscurum et nodosum esse,

qđ panci eadem formula resolvere et extricare se, et jus suum prosequi sciant, decreximus et harum serie literarum decernimus ut deinceps processus ipse in appellando hoc modo observetur vt qui se gravatum senserit et appellare voluerit, dicto sententiam sibi non placere, nec eam se acceptare, depositis qz sedecim scotis pecunie, hoc est triginta duobus grossis ita ut ab antigno fuit observatum, debent partibus dari proposiciones ac responsa, et acta judicij integre, et similis modus appellandi servari debebit, in predicto Jure supremo Castri Cracovien cum aliquis ab eius sentencia ad sex civitates provocare seu appellare voluerit, † Quod quidem decretum nostrum, volumus et mandamus ab advocato et scabinis ipsius civitatis nostre Bochnen observari, et vinquemqz illic inpta tradi tam in eo per nos formam ad provocandum seu appellandum absqz ulla contradictione admitti. pro gratia nra Harum testimonio literarum quibus sigillum nrm est appensum Act et datt Cracovie feria secunda proxima ante festum sancti Andree apostoli. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto. Regni nrī anno decimooctavo.

Ad relacionem reveren etc

† eo solo excepto, qđ unam sexagenam grossorum ibi quisqz appellans ad sex civitates reponere tenebitur, nolumus enim ut prouentus advocati et scabinorum ipsius Jure supremi Castri nrī Cracovien diminuantur.

Litere pro Ioanne Snuro-wany Cive Cracouiensi.

Sigismundus.

Significamus tenore presencium vniuersis. Quia famatus Joannes Snurowanij Civis noster Cracovien dedit et solvit de mandato nro Jacobo Radwan de Ducatu Zathorien, ac Katherine et Barbare eius sororibus viginti florenos ad illos post obitum anne Radwanowa sororis ipsorum, vxoris vero eiusdem Joannis Snurowanij devolutos, Id quod ad eorum quorum interest noticiam deducimus et deduci volumus per presentes quibus ij testimonium sigillum nrm est impressum. Dat Cracovie feria sexta proxima ante festum sti andree apli. anno dñi M° d°. xxiiij. Regni nrī anno xxiij°.

Ad relacionem etc

Forum annale nouiter ĩsti= tutum in Oppido Bochnija.

IN nomine domini amen. Ad peepetnam rei memoriam. Nos Sigismundus dei. necnon terrarum etc. dnus et hered. significamus tenore pre: sentium vniuersis. quia annuentes supplicationibus Incolarum oppidi nostri Bochnija, volentesq; ut hoc ipsum oppidum ad meliorem statum et condicionem reducatur, ac maius capiat incremen: mentum. Justituendum ac indicendum duximus, indicimusq; et statuimus in eodem oppido nostro Bochnija nouum forum annale pro festo sancte katherine gloriose virginis et martiris, singulis annis celebrandum ac frequentandum, et per quatuor dies se se continue et imediate sequen duraturum, pro instituto q; haberi volumus et decernimus, citra tamen aliorum oppidorum et Ciui: tatum in vicinia circumquaq; existentium preiudicium et detri: mentum. Dat Cracouie feria tercia in vigilia sancti an: dree apostoli. Anno domini Millesimo, quingentesimo qrto. Regni nri decimooctauo, pontibus Reuerendis in chro patribus dnis petro Thomicki Cracouien et posnanien episcopo, et Regni nostri vicecancellario, andrea Cziczki Premislien, Laurentio Wiedzileski Camenecen episcopis, necnon magnifico, venerabilib; et Generosis, Nicolao de Schidlowiecz Castellano Sandomirien, et Regni nostri Thesaurario, ac Radomien, holstinen, et Crze: vicen Capitaneo, Stanislao de Sprowa Zarnowien et Capitaneo Spoznen, Nicolao wolski Kochaczowien, et Sanocen ac Lanczkoronney Capitaneo, et Magistro Curie Reginalis charis. Nicolao Czi: kowskij de Wojslawicze polanecen Castellanis, Joanne de Wilcza Capitaneo Lublinen. Joanne Lathalskij Gnesnen, Cra: couien. posnanien et lancicien. Joanne Carnkowski Skarbimi: rien et Canonico Cracouien, Stanislao Goreczki Caliscien ppis Custodeq; Plocen, Stanislao oleschnickij Cantore Gnesnensi et Canonico Cracouien Secretarijs nris, Silnestro Ozarowski Succamerario nro et Capitaneo Zawichostien, et Joanne Charlo de Ozekarzowicze structore mense nre, aliisq; quam plurimis dignitarijs, officialibus et amicis nris, testibus ad premissa fidedignis, sincere et fidelibus dilectis. Dat per manus prefati Reuerendi in chro patris. dni petri Cracouien et Posnanien episcopi, et Regni nri vicecancellarij, sincere nobis dilecti.

Rta etc.

Donatio domus in Camyenyecz Nobili Paulo Pyasseczki.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus et, necnon terrarum etc. dnus et heres. significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis et singulis presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quia annuentes supplicationibus quorundam Consiliariorum nrorum pro nobili paulo Pyasseczki de pzeseruodij nobis factis, habentesq; racionem meritorum maiorum ipsius qui in terris podolie contra infideles Thurcos et Thartaros hostes nros fortiter et strenue militarunt, ac volentes illum ad similia seruicia nobis et Reipublice Regni nri exhibenda, propensum et obligatum efficere sibi ac eius legittimis successoribus domum cum area in ciuitate nra Camenecen in circulo, inter domum olim pauli Carpentarij ex vna, et domum Nicolai ollarum opificis sitam parte ab altera, per mortem olim honeste Margar[te] Bednarka ciuis Camenecen, que nullam pzole ac propinquis post se relictis ab hominis concessit ad nos nramq; dispositionem jure caduco deuoluntam, dandi et conferendi duximus, damusq; et conferimus graciose literis nostris patentibus, per eundem paulum Pyasseczki, ac illius successores legittimos domum et aream predictam cum omnibus suis attinencijs, cumq; omni jure, dominio et proprietate, ita prout intra suos terminos continetur et ab aliis domibus vicinis est distincta tenend habend vtifruen, quieteq; et pacifice possiden, ac dandi donan, vendendi commutandi et in suos successorumq; suorum vsus beneplacitos conuerten prout illi et ipsis eius successoribus melius et vtilius videbitur expedire, perpetuis temporibus affuturis. harum testimonio literarum gbus sigillum nostrum est appensum. Dat et Dat Cracouie feria tercia in vigilia sancti Andree apostoli. Anno domini M°, d°, xxiiij. Regni nri xviij. pontibus etc. ut supra.

Vidit etc.

Quitantia pro Generoso Octauiano de florentijs.

Sigismundus etc. significamus tenore presentium vniuersis.

65. Tunia Generosus Octamianus de Florencijs Prefectus Dalmacrum nostrarum Russie, fidelis dilectus, de Zupp̃is nostris Premislien ac villis omnibus quas cum illis administrat, de omnibusq; et sin: gulis, earundem Zupparum redditibus et prouentibus pro duobz annis incipiendo a festo sancti Francisci anni Millesimi, quingentesimi, vigesimi secundi, usqz ad festum sancti Francisci, ani Millesimi, quingentesimi vigesimi quarti. Item de Zupp̃is Drohobicen et Dolinen, ac Theloneo Grodecen pro duobus annis inci: piendo a festo sancti Francisci anni Millesimi, quingentesimi, vigesimi secundi, usqz ad aliud festum sancti francisci anni Millesimi, quingentesimi, vigesimi quarti, nobis debitam ac sufficienter racionem reddidit, et ad declarandam fidei sue integritatem, demonstrauit nobis sufficientes et euidenti documento omnium et singulorum perceptorum et expositorum suorum summas, ex eaq; racione de predictis Zupp̃is et villis ac Theloneo Grodecen nobis in Ducentis viginti quingz marcis pecuniarum monete et numeri Regni nostri quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, grossis triginta uno, denarijs duodecim nobis debitor remansit, quas quidem ducentas viginti quingz marcas cum triginta uno grossis et duodecim denarijs, nos ipsi Octauiano de Florentijs pro diligentia, seruicijsq; suis, in promissione et administratione predictarum Zupparum et Theloneo Grodecensis per supradictum tempus nobis fideliter prestitis, dedimus graciose et donauimus, damusq; et donamus p̃tibus literis nostris, ad usum et necessitatem eius proprium per ipsum conuertendi. Verum tamen quia idem Octauianus fide et industria diligentiaq; sua, plus salis coxit, quy pro pecunia vendidit ac de mandato ñro distribuit, et ad exteria loca transmisit, re: liquid nobis ad futuram racionem eiusdem salis cocti, in Zupp̃is predictis, impensa iam in racione posita Vasa quingz Millia, ducenta quadraginta octo, de alijs vero omnibus et singulis perceptis et distributis, tam ipsarum Zupparum et villarum predictarum, eius administrationi commissarum, necnon etiam de Theloneo Grodecen per tempora superius expressa, nobis abunde satisfecit. Comperimus itaq; eundem Octauianum bene nobis seruisse, et vtilitatem nram non

mediocriter accummlasse. Et proinde ratam et gratam habentes
ipsius administrationem, eimsq; spectatam virtutem, et sinceram
fidem, pariter et sollicitudinem comendantes et volentes proui-
dere, ne ipse aliquibus calumnijs et perniciosis impeticionibu
ñ posterum a quopiam turbaretur, et animo torqueatur, ipsum
de omnibus et singulis prouentibus nris predictis Znpparum
premislien. Drohobicen. et Dolinen. ac Thelonei Grodecen. per
tempus supradictum perpetuo quitamus et absolvimus literis
nostris presentibus. Quibus ñ testimonium sigillum nrm
est appensum. Datum Cracouie feria tercia ñ vigilia sancti
Andree apostoli, que fuit dies vigesima nona mensis Novem
Anno domini M°. D°. XCIIJ°. Regni nostri anno decimooctauo
Sigismundus rex ſſrt.

Litere super Extentoria alis Ramñ construenda ñ Bochnya per Generosum Nicolaum Czikowski.

Sigismundus etc. Significamus tenore p̃sentium vniuersis et singulis harum noticiam habituris. Quia nos habentes grata
onem fidelium seruicioru Generosi Nicolai Czikowski de Wojsla-
wyce Castellani Polanicen. Burgrabij Castri nri Cracouien
et Aduocati hereditarij Bochnen per illum olim Serenissimu
principi dño Joanni Alberto fratri germano et predecessori
nro charissimo, non minus sedulo q̃ fideliter et constanter
exhibitorum, et que nobis etiam exhibet, illi locum et aream
in vallo post muros ciuiles ñ Bochnia sit, videlicet in
cipiendo a muro vsq; ad hortum Aduocatialem protenden
tem se ad Polendinum etiam Aduocatiale super piscina ad
vocatiali, extra illud oppidum construendum, dedimus, con
sensimusq; eidem Nicolao Czikowski et admisimus, prout
damus, consentimus, et admittimus p̃ntibus literis nostris
construere et locare Extentoria, Ramñ vulgo mwurowata
ad vsum et vtilitatem perpetuam Aduocatie Bochnen, ac
prefati Nicolai Czikowskij moderni aduocati hereditarij
Bochnen, ac aliorum aduocatorum Bochnensium pro tempore
existentium. In quibus quidem Extentorijs Aduocatialibus
ñ predicto vallo ciuili construendis seu locandis, quilibet

67. pannifex agens in ipso oppido nro Bochnija, poterit et tenebitur stamina sua panni ex lana elaborata distendere seu aptare, et non alibi. Ipse vero aduocatus Bochnen modernus et pro tpe existens omnes proventus et vtilitates percipiet ex predictis extentoriis, inpta consuetudinem circa talia similia extento: ria in aliis oppidis vicinis obseruatam, et precsertim in oppido nro Casimirzb apud Cracoviam sito. Predicta autem exten: toria non debebunt nocere seu impedimento esse reparationi ipsius muri ciuilis, vel defensioni, prefati oppidi nri Bochnija quam quidem donationem ac consensum et admissionem con: stituendorum et locandorum ipsorum extentoriorum in vallo predicto Bochnen ad vtilitatem aduocati et proventuum ex eisdem extentoriis perceptionem per modernum aduocatum ac alios pro tempore existentes Aduocatos Bochnen pro nobis et nostris successoribus, ac decernimus modo premisso obser: uandum fore perpetuis temporibus et in eum. In cuius testi: monium literarum quibus sigillum nostrum est appensum. Dat etc. et Dat Cracouie feria quarta festi sancti Andree apli Anno domini Millesimo, quingentesimo vigesimo quarto. Regni nostri anno decimooctauo.

Ad etc.

Moderatio exactionis ciuilis facta ciui: libus Wyelunen.

Sigismundus etc. Notum facimus tenore literarum presentium quibus. Quia annuentes supplicationibus Consiliariorum nostrorum pro incolis ciuitatis nostre Wyelun nobis fidelibus. considerantesqz eosdem incolas seu ciues Wyelunen, ad de: teriorem statum et conditionem deuenisse, ipsosqz gratia nra regia relenare volentes, remittendas et condonandas illis duximus, viginti marcas pecuniarum monete et nu: meri Regni nri, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, de exactione ciuili septuaginta mar: carum, que vulgo schoss appellatur, quam cum pro com: muni necessitate instituitur soluere solent, remittimusqz et condonamus p presentes, ita q quandocunqz et quotiens: cunqz dicta exactio ciuilis instituetur et decernetur non

plus q̃ quingnaginta marcas monete et numeri predicti
zacione eiusdem exactionis similis solnere debeant et tene:
antur ad voluntatis nre beneplacitum, quocirca tibi exactori
terre siradien moderno et pro tempore existen mandamus
nt predictos cives nros vrjelnnen in gratia et moderati:
one in exactione ipsa similj eis per nos facta conseruet
conservari faciat, et quotiens cunq̃z eadem exactio similis de:
inceps fuerit instituta racione illius, non plus q̃ quinqua:
ginta marcas pecuniarum ad nrum beneplacitum ut pre:
missum est, a prefatis civibus vrjelnnen exigas. Pro
gratia nra. Harum quibus sigillum nrum est appensum
testimonio literarum. Dat Cracovie die sancti Andree
Apostoli. Anno domini m°, cc°, xxiiij°. Regni nrj xvii.

Sigismundus Rex sRt

Confirmatio Sentencie Comissarioꝝ in causa inter Dorotheam Casprowa et Joannem Molendinatorem Ciues Premislien, ratione domus vertente.

Sigismundus

Significamus tenore presentium vniuersis. Quia cum causa, que
inter prouidum Joannem Molendinatorem et honestam Doro
theam Casprowa Ciues nros Premislien, racione domus pre:
mislie site, que erat olim Gasparis mariti dicte Dorothee
fratris vero germani prefati Joannis Molendinatoris verte:
batur per appellationem ad nos esset denoluta, comiseramus
illius cognitionem et determinationem Famatis Joanni Mozst
Joanni Czimerman Consulibus, et Caspari krisskijer adno:
cato ciuitatis nre Cracovien qui in eadem causa legittime pro:
cedentes, vocatis ad se partibus predictis ac auditis illarum
propositionibus et responsis, ac muniментis hincinde, processuq̃z
in ea ipsa causa coram prioribus Judicibus facto, mature ex:
penso et discusso, talem Sentenciam suam in eadem causa
protulerunt, prout infrascripta est descripta. et cuius tenor
sequitur et est talis. Nos Joannes Mozstyn. Joannes

69

Czÿmerman Consules Cracovien, et Casparus Cryÿsskÿer, aduocatus
ciuilis Cracovien Commissarÿj pcz Seremissimum primarem, et
dñm, dominum Sigismundum dei gratia Regem polonie etc. dnm
nostrum gracioÿssimum partibus et cause infrascriptis singu:
lariter electi et deputati. Significamus tenore presentium quibus
expedit vniuersis. Quia cum causam, que coram Judicio Pre:
mislien, ac etiam Judicio prouinciali Juris supremi Castri Cra:
covien ex vi appellationis a prefato Judicio Premislien verte:
batur inter pronidum Joannem Molendinatorem de premislia
ex vna, et honestam Dorotheam Casprowa de eadem Pre:
mislia ab altera partibus, occasione propinquitatis cuiusdam
domus post mortem olim Casparis mariti prefate Dorothee,
fratris germani antedicti Joannis Molendinatoris deuideren,
compezimus causam hanc, tam coram Judicio premislien:
si quam etiam prouinciali supremo Castri Cracovien aliquotiens
fuisse tractatam et indicatam, prout hoc latius in processu
Juridico sigillo Premislien munito pcz partes antedictas
nobis porrecto habetur et continetur. Quibus omnibus dili:
genter conspectis, lectis, deuisis et bene examinatis Deum
deum pre oculis haben, talem ex hÿjs processibus Judiciarijs
nobis per partes oblat ferimus sententiam, Qd ex quo pro
illo tempore Joannes Molendinator tanq actor, et Dorothea
Casprowa pars rea coram Judicio Premislien stando decretu
Judicij Premislien benivole susceperunt, et eidem se submisit,
cuius decreti erat tenor, vel ipse Joannes antefate Dorothee
in expensa pro ipsius partibus pecunias reponere, vel a
predicta Dorothea pro sua septa parte pecunias tollere
debuerunt, et ipse Joannes Molendinator in expensa
existend actor Judicio ad reponendum pecunias antedicte
Dorothee, vel ab ipsa recipere, nec per se, nec per suum
plenipotentem parnit sicut hoc plenius in actis Judicij
premislien continetur, super quo sententiatum erat a
Judice Premislien parten actoream a parte rea pecunia
tollere et domum eliberare debere, a qua sententia Joannes
Molendinator ad jus supremum appellauit, que tandem
sententia premislien Judicij per jus supremum provin:
ciale Castri Cracovien erat confirmata. Tandem Judicium

Premisłien et superabundanti iterum deczenerat & pars
rea ab actore pecunias tollere ac zecipere debuit judicio vigen,
quam sentenciam ambe partes susceperunt, cui sentencie
sepedictus Joannes Zolendinator satis non fecit, prout hoc idem
acta testantur Premisłiensia judicio sedente, sed judicias
petijt a judicio ad ocasum solis et obtinuit parte ad id non con-
sentiente, quod etiam judicium in curia non tulit declinante
autem iam die antedictus Joannes Zolendinator iudipit se
judicio et ponebat pecuniam ex integro coram Viceadvocato
et septem scabinis, ut eam Dorothea Casprowa tolleret, sed
qd eidem Joanni ex decreto judicij Premisłien vsqz ad ves-
pertum tempus erat prorogatum, quam sentenciam Dorothea
Casprowa pro jure non suscepit, sed ad jus supremum pro-
vinciale Castri Cracovien appellavit. In qua quidem causa
jus supremum decrevit, qd dum pro illo tempore Dorothea
Casprowa benivole se submiserat pecuniam a Joanne Zolendi-
natore zecipere pro qualibz sortibus quas sepedictus Joannes
Zolendinator in quindena zeponere debuit impta sentencian
juris Premisłien et per jus supremum confirmatam, sed ex qua
ei predictas pecunias tunc non reposuit, vsqz in hesp septimanis
prout hoc testantur acta, et hoc adhuc non ex toto, cui tunc ex
superabundanti per jus premisłien decretum erat ipsi Joan
Zolendinatori pecunias zeponere debere sepefate Dorothee Cas-
prowa judicio durante, ipsa Dorothea ad id tunc consentien
et ipse Joannes Zolendinator huiusmodi decreto judicij
premisłien minime satisfecit, prout hoc legacio ad jus supremum
missa lazgius oblocutur, extunc prefata Dorothea propior est
iam circa talia bona permanere solnen residuam partem an-
dicto Joanni Zolendinatori de forma juris a qua sentencia
Joannes Zolendinator ad maiestatem regiam appellavit, vbi etiam
in tempore applonis rectum ordinem non seruavit, quia post
appellationem factam ostilegium juris supremi vicenersa
ad jus supremum importare debuit et non fecit, qua de re
processu juridico sic stante vt premissum est vigore commissionis
bez^me regie sentenciamus et decernimus eundem Jo^nem
Zolendinatorem pecuniam accipere debere a sepedicta Dorothea
Casprowa pro residua parte domus ipsius Joannis Zolendi-
natoris sentenciam juris supremi vltimam validam et ra:

tificam, zobur habere et vigorem de forma juris. In quorum
omnium et singulorum fidem et testimonium sigilla nostra
presentibus sunt subimpressa. Actum et datum Cracovie feria
tercia in vigilia sancti Andree apostoli. Anno domini m°.
d° xx iiij. Nos itaq; sigismundus Rex Polonie prefatus, pro
parte memorate Dorothee Casprowa requisiti et petiti, cognos-
centes preinsertam sentenciam esse consonam iustitie et equi-
tati, ac inpta formam et dispositionem juris civilis ayajdeburgen
per predictos Commissarios nros promulgatam, illam in omnib;
eius punctis, clausulis, et articulis, ac toto ipsius tenore ancto-
ritate nra approbaminus, ratificaminus, et confirmaminus,
approbamusq; ratificamus et confirmamus, ac zobur firmum
et validum eandem sententiam obtinere, debitegq; executioni
demandandam fore, et demandari debere decerminus, tenore
presentium mediante, harum quibus sigillum nrm est im-
pressum testimonio literarum. Dat et datum Cracovie feria
quinta proxima post festum sancti Andree apostoli. Anno
domini millesimo, quingentesimo vigesimo quarto. Regni nostri
anno decimooctano.

Rex Reneren in chro pris dni petri.
Cracovien et posnan epi, et R.p. vicecan.

Petrus etc.

Immunitates et prerogatiue Samuelis Vbathi ebrei, ac Coniugis et liberorum eius.

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium universis. Quia
cum Samuel Vbathi filius Jacob Lanij de Praga, eiusq; coniunx
et liberi sint de numero illorum judeorum quos sacratissimus olim
princeps, dominus Vladislaus Hungarie et Bohemie Rex, frater
germanus noster charissimus nobis in Regno Bohemie, cum
pleno jure ac dominio donavit et contulit, nos volentes
tam eundem Samuelem Vbathi, qm etiam ipsam eius Con-
ugem et liberos, nobis ex fide, industria, et probitate, qualib;
ad bonos judeos spectat comendatos in protectionem nrm et
judicium nostrum per nos susceptos ab omnibus iniuriis,
molestationibus et oppressionibus tutos et securos reddere,
ipsis et eorum cuilibet hanc immunitatem et prerogativa

dandam et concedendam duximus, damusq; et concedimus tenore
presentium mediante, vt possint secure in Praga, aut in alio
quocumq; loco in Regno Bohemie vbicumq; eis placuerit habi-
tare, libere et secure, et si etiam placuerit eis, venire ad Regnum
nostrum Polonie ad habitandum, qd possint venire, et manere
in ipso Regno nro, aut in Magno Ducatu Lithuanie, in omni
loco in quocunq; voluerint, et in quo morantur alii Ebrei. Nos
vero non donabimus cuipiam hominum, eorumdemq; statuo et
condicionib' existat prefatum Bannelen et suos Consortem et
liberos, vel aliquem eorum, absq; illorum bona voluntate,
& si per oblivionem illos, vel quempiam eorum aliqui do-
nauerimus, volumus donationem eiusmodi esse nullam, nul-
lius q; valoris et momenti, damusq; eidem Bannelo et suc
Coniugi, ac liberis liberam facultatem vt possint secundum
suum beneplacitum, eligere sibi vnum dnm, qui illos defendat
et iudicet loco et nomine nostro, vt autem ipse Bannelen
ac eius Coniunx et liberi, huiusmodi immunitate et prerogati-
per nos illis concessa, perfectius et comodius frui possint, po-
tulamus ab vniuersis et singulis, cuiuscunq; status et condi
cionis, dignitarijs ac officialibus et quorumuis locorum pre
fectis eorumq; Vicegerentibus, in Regno Bohemie vbilibet consti
tutis, Subditis vero nris in Regno et Magno Ducatu nostro
Lithuanie vbilibet existentibus mandamus, vt eundem Bannu-
elen Vbathij, vxorem q; et liberos eius, cum ad vos diuerterint
ab omnibus eorum impetitoribus, iniuriatoribus et oppressori-
liberos conseruetis, illosq; ab iniurijs, impeticionibus et molesta
tionibus defendendo, hac immunitate et prerogatiua vti et gau-
permittatis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum.
testimonio literarum. Dat Cracouie sabato proximo post festum
Sancti Andree apli, Anno domini xpo, d°, xxxvij°. Regnorum
nrorum anno decimooctauo.

Sigismundus Rex manu

Vendicáo ville Corabnyki Generoso Ioanni Corithko.

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam
facta hominum quantumcunq; memorabilia facile interirent, nisi

literarum officio fuerint memorie comendata. proinde nos Sigismundus dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Russie, prussie, ac Culmen, Elbingen, pomeraniegz etc. dominus et heres. significamus tenore pntium, vniversis et singulis presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quia constituti personaliter coram nobis Generosi Michael Castellanus Liwensis ac stanislaus Petrend, et felix fratres germani de Zalyrzye, recreden a terris et districtibus suis, ac territoriis quibuscunq non compulsi nec coacti, nec alio denio errore seducti, sani mente et corpore existen, ac vsi suorum salubri consilio amicorum, matura deliberatione intra se pregabita, sponte, libere, et publice recognouerunt, quia totam et integram villam eorum hereditariam Corabnyki nuncupatam in Terra et districtu Cracovien sitam ipsos jure naturalis successionis concernentem, et post obitum Generosi olim Mirslai Zalyrski, magistri seu prefecti Coquine nre fratris ipsorum germani legittime denolutam, cum omni jure suo ac toto dominio et proprietate, ac tota curia, agris predialibus, pratis, piscinis, sylvis, nemoribus, censibus, fructibus, reddditibus, prouentibus, obuentionibus, pertinencijs, omnibusq et singulis vtilitatibus, ad eandem villam Corabnyki, ab antigno quomodolibet spectan, nichil penitus excludendo seu pro se et eorum successoribus in eisdem bonis reseruando, ita qd specialitas generalitati non deroget, nec generalitas specialitati, ac ita late, longe et circumferencialiter prout predicta villa Corabnyki ab aliis bonis vicinis in suis metis et limitibus est distincta et limitata, cum eodem pleno salno ac illeso jure, prout ipsi met eandem villam tenuerunt et possederunt, et prefatus olim Derslaus Zalyrvoky eorum frater tenuit et possedit, Generoso Joanni Czyrtyzko de Pohorcze aulico nro, pro xiiii florenis hungaricalibus in auro, boni auri et iusti ponderis in totum, titulo hereditarie et perpetue venditionis vendiderunt, inscripserunt, et coram nobis resignauerunt ac realem nitromissionem tenutam et possessionem actuale in predicta bona Corabnyki vendita ipsi Joanni Czirtyzko,

et eius legittimis successoribus dederunt per ministerialem
albertum dictum de subcastro Craconien vel alium quemcunque
de iure ad intromittendum illum in eadem bona Corabnyki
sibi additum. a quo quidem Joanne Corythko recognoscunt
se pro predictis bonis Corabnyki illi venditis satisfactionem
debitam et integram ac totalem summam et solutionem pre-
dictorum mille florenorum in auro puri ponderis et insti pon-
deris percepisse, et in effectu eosdem mille florenos lenasse
per ipsum Joannem Corithko et ipsius legittimos successores
bona predicta Corabnyki vendita tenend, haben, vtifruen,
vendend, commutand, alienand, donan, obligand, et in suos
vsus beneplacitos convertend, prout sibi et ipsius legittimis
successoribus, melius et vtilius visum fuerit expedire, et
debent prefati fratres de Zalyrvije, ac se suosque successores
legittimos obligant eundem Joannem Corithko, et ipsius
successores legittimos racione predictorum bonorum Corabnyki
sibi venditorum et resignatorum ab omnibus impedimen-
et damnis quarumlibet personarum status et sexus vtrius
prout ad quamlibet personam pertinet terrestris prescrip-
dignanter tamen ab omnibus inscriptionibus prioribus sup
predictis bonis factis et fiendis, citacionibus, concitacion
bralibus ad satisfacien in eadem bona Corabnyki importato
et importandis, ac reformationibus dotum et dotaliciorum
ibidem in predictis bonis reformatis vel reformandis,
lucratis et perlucrandis, quocunque iure, in eisdem bonis
Corabnyki, acquisitis et acquirendis, aut alio quocunque
modo factis vel fiendis, sub vadio mille florenorum vn
garicalium, auri puri veri et insti ponderis intercedere
tueri et vbilibet nupta forman iuris eliberare, eum
cere ac vbique indemnem reddere et relenare eosd mille
florenos hungaricales in auro ipsi Joanni Corythko, et
suis successoribus legittimis absolnend, quorumbcm, pro
quo quidem vadio predicto, si se prefati fratres de Zalyrvije
vel eorum successores legittimi, racione dictorum bonorum
Corabnyki venditorum et resignatorum citari permiserint
extunc recedem a suis terris et districtibus quibusvis in

Jndicio Regali, ant in Jndicio Castren Capitaneali Cracovien, aut coram nobis vbicunqz cum Curia nostra tunc feliciter constituti fuerimus citabitur in eodem Jndicio et coram nobis in primo termino tanq̃ peremptorio parere debent et respondere, ac pro prefato vadio, occasione premissorum non expectatorũ tociens quociens citabunt̃ satisfacere cum suis successoribus tenebuntur. Jn quo quidem primo termino tanq̃ peremptorio poterit predictus Joannes Corÿthko cum suis successoribus legittimis eosdem fratres de Zalÿwije et eorum successores pro predicto vadio pro toto in suo lucro peremptorie et Jndicialiter condemnare eundem quod terminum vera vel simplici infirmitatibus non differendo nec se alibi cum suis successoribus excipien pro maiori sibi non recipiendo, allegationes cum appellationibus et motionib̃ Jndicij nullas faciendo pro premissis et singulis omnibus non euadendo eundem Joannem Corÿthko prefatum et eius successores literis nris regalibus expedicionibus bellicq̃ Col: legnÿs aut Comentionibus generalibus et particularibus prescriptione quamis terrestri, statutis Regni nri et consuetudinibus terrestribus, districtibus quibuscunqz presentis inscriptionis, citacionis, condemnationis, concitacionis ad satisfaciend̃ in data, titulo, aut in aliquo puncto progressus Juris Comissis eidem Joanni Corÿthko et eius successoribus legittimis in contrarium non obstantibus, nec alijs quibusuis modis exquisitis sub amissione sue tocius cause, et quamcunqz controuersiam mouidicam predicti fratres de Zalÿwije cum suis successoribus contra eundem Joannem Corÿthko, et eius successores fecerint, aut sibi aliquid occasione quomissorum in auxilium receperint pena quindecim ipsi actoree parti, et totiden Jndicio punitus, eo facto causam suam in toto amittere et silentium perpetuum habere debent. Jn cuius rei testimonium sigilla nra p̃sentibus est appensum. Act̃ et Dat̃ Cracovie die dominico proximo ante festum sti Nicolai episcopi et confessoris. Anno domini millesimo, quingentesimo vigesimo quarto. Regni nri anno decimooctauo. presentibus venerey in chro patribus dnis Petro Thomiczki Cracovien et

posnamien episcopo et Regni nostri vicecancellario, andrea Cgizgki premislien. Laurencio yijedzileski Camenecen episcopis, necnon magnifico, venerabilibus et Generosis, Nicolao de Schidlowijcz Castellano Sandomirien, et Regni nostri thesaurario, ac Radomien olstinen et Crzepicen Capitaneo. Stanislao de Sprowa Zarnowien et Capitaneo Opoznen, Nicolao Wolski Sochaczomien, ac Sanocen et Lanczkornien Capitaneo, et Cyagistro curie Regnalis aytis, nicolao Czykowski de Wojslawicze Polanecen Castellanis, Jo: anne Lathalskij. Gnesnen, Cracovien, posnamien et Lancicien Joanne Carnkowski Sarbimirien et Canonico Cracovien, Sta° Goreczki Chyssien prepositis, Custodecz Plocen, Stanislao Olesch: nyczki Cantore Gnesnen et Canonico Cracovien Secretarijs nostris, Silnestro Czarowskj Succamerario nro et Capitaneo Zawichostien, et Joanne Charlo de Szczekarzowicze Structore nense nostre, aliisqz quamplurimis dignitarijs officialibus et aulicis nostris, testibus ad premissa fidedignis. Sincer, dnoꝝ et fidelibus dilectis. Dat per manus prefati Reneren in christo patris dnj petri Cracovien et posnamien epi et Regni nostri vicecancellarij. sincere nobis dilecti.

Ro eiusdem et

Consensus: ad redimenda villam Schonewaldt et alias villas infrascriptas pro Generoso Luca de Allen.

Sigismundus etc Significamus etc. Quia supplicationibus certo: Consiliariorum nrorum pro Nobili Luca de allen Tenutario Ro gosnen nobis porrectis permoti, sibi bona nra villas videlicet Schonewalt wijdra Jankowijcz, Blumenawa in terris pzno et districtu Culmen sitt, de manibus Generosorum Stanisla Costhka Capitanei in Schonsbergk et quatgie Costgka fratrum germanorum de Rosthkow in omnib⁹ pecuniarum in eisdem bonis iuste et legittime inscriptis, eximere, et eliberare, con: sensimus et admisimus, omnium tamen capitalem non angen negz excedẽ, consentimusqz et admittimus puntibus per ipsum Lucam, et ipsius successores legittimos bona prefata inpta vim

et continenciam literarum originalium desupra inste et legittime emanatarum tenen, habend. utifruend, pacifice quoq; et quiete possidend, tam diu donec sibi et ipsius successoribus legittimis, sicut in eisdem bonis inste et legittime inscripte, per nos sive successores nros plenarie et integraliter fuerint persolute. quo facto possessio dictorum bonorum ad nos seu successores nros pleno jure redibit et devolvetur. Juribus nris regalibus per omnia salvis remanentibus. Harum quibus etc. est appensum. Datt Cracovie feria secunda proxima ante festum sancti Nicolai, Episcopi et Confessoris. Anno domini M°. D°. LXX iiij°. Regni nostri anno decimooctavo.

Rex Reverendus etc.

Petrus epus et
vicecancell lust.

Litere pro venerabili Joanne Salomonis canonico Cracovien super Quatuor Laneis agri circa villam Zmarzowicze extirpandis.

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium universis, quia annuentes supplicationibus quorundam consiliariorum nror pro venerabili Joanne Salomonis scholastico Gnesnen et canonico Cracovien nobis factis, dedimus illi, damusq; presentibus litteris nris quatuor Laneos agri circa villam nram Zmarzowicze ad Castrum nrm Ogyjecz pertinentem per Generosum Venezinum Boner, burgrabium Castri nri Cracovien, Capitaneumq; Bijecen, et Castri prefati Ogyjecz Demutazud de mandato nro illi emensuratos et designatos, videlicet duos laneos et tres quartas incipien a bonis Gorskow. Jamati petri Crupek civis nri Cracovien, usq; ad Lanem Nicolai Pyegza, Item unum Lanem et unam quartam, incipien a Laneo predicti Nicolai Pyegsza, usq; ad Lanem Tabernatorios. Quos quidem quatuor Laneos prefatus Joannes Salomonis sibi excolere, et in eis virgulta extirpare debebit, per eundem Joannem Salomonis predictos quatuor laneos, sic uti premissum est, illi designatos et emensuratos, ita prout intra terminos suos superius descriptos continent cum pratis, Campis, rubetis, virgultis, aliisq; attinentijs

ipsorum pleno jure et dominio tenend, gaben, vtifruend, quie-
teq; et pacifice ac libere absq; solutione cuiusuis census vel
alterius oneris cuiuscunq; possidend ad tempora vite sue ex-
trema. eodem vero Joanne Salomonis ab humanis sublato
laneorum predictorum possessio ad nos et ad Castrum nrm
predictum ocijec redibunt et devolvenetur pleno jure.
harum etc. Dat Cracovie feria secunda proxima ante festu
sancti Nicolai episcopi et confessoris. Anno domini millesi-
mo trigentesimo vigesimo quarto; Regni nri anno decimooctavo.

Approbatio donationis prati in Suburbio Wyelicien Altari s. Trinitatis in eccla parrochiali Wyelicien fundati:

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium vniuersis, quia annuentes supplicationibus quorundam Consiliatorum nrorum pro altarista altaris sancte Trinitatis in eccla parrochiali wyelicien fundati nobis factis, habentesq; gratam donationem vnius prati in suburbio Wyelicien inter hortulanias Martini Vsranka Joannis Quasno et Joannis Proszyka ex vna, et plateam aduocati parte ab altera siti per honestam olim Cordulam Wangrzinowa et Nobilem Katherinam Dyraczka ac felicem, Stanislaum et Angustinum filios eius de consensu proconsulis et Consulum eiusdem oppidi nri Wyelicz ka, sine tamen consensu nro seu predecessorum nrorum predicto altari et eius altaristis pro tempore existentibus factam, ac assciptionem eiusdem prati immunitati eccliace decreui et presentibus literis nris decernimus, ipsam donationem eiusdem prati, altari prefato et assciptionem eius liber-tati et immunitati ecclias tice, perinde robur firmum ob-tinere, ac si a principio ad premissa consensus noster vel predecessorum nrorum accessisset per ipsum altaristam et alios altaristas pro tempore existen, altaris supranominati, pratum predictum tenend, gaben, vtifruen, quieteq; et pacifice possidend, et in vsus eorum beneplacitos conuer-

tend, promt eisdem altaristis melius et utilius visum fuerit expedire ꝑpetuis temporibus et ni erun. Harꝫ testimonio brarum quibus sigillum nrm est appensum. Dat Cracovie feria secunda proxima ante festum sancti Nicolai epi et confessoris. Anno domini millesimo, quingentesimo vigesimo quarto. Regni nri anno decimooctano.

Ratificatio venditionis census quatuordecim marcarum pro fratribus de Rupella.

igismundus etc. significamus tenore presentium vniuersis. Quia annuentes supplicationibus quorundam consiliariorum nostrorum et honorabilibus ac religiosis fratribus priore et conuentu Nouastensij ecclie sancti stanislai in Rupella in oppido nro kazimirzo apud Cracoviam siti nobis factis, ratamqꝫ et gratam habentes vendicionem et resignationem census quatuordecim marcarum pecunie monete et numeri Regni nri consueti, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, pro certa summa principali per venerabilem olim magistrum Jacobum de Wladislavia, plebisicum Sandomiensem olim principis dni wladislai Regis avi et predecessoris nostri pro fundando et erigendo altari ad honorem omnipotentis dei ac exaltationis sancte crucis, necnon andree, simonis et inde apostolorum aliorumqꝫ sanctorum et sanctarum in prefata ecclia sancti stanislai in Rupella Testamentaliter derelicta coram Proconsule et consulibus prefati oppidi nostri kazimirzo seu eorum Judicio ciuili in vim recuperationis super quibusdam areis seu domibus in erectione eiusdem altaris descriptis sine consensu predecessorum nrorum factam et assignationem eiusdem census quatuordecim marcarum immunitati ecclie decreuimus et decernimus putantes literis nris, easdem vendicionem et resignationem census predicti, et ipsam assignationem eius immunitati ecclastice robur firmum obtinere, perinde ac si tunc consensus nostre, seu alicuius predecessoris nostri ad premissa omnia et singula accessisset, volumus autem qd non obstante vendicione dicti census

et ascriptione illius immunitati ecclesiastice possessores predictarum
vrearum seu domorum ad onera consueta ciuilia ferenda ex
eisdem areis seu domibus eisdem obligati esse debeant et astricti.
Quem quidem censum immunem et liberum facimus ab omni
contributione pro nra et Regni nostri necessitate instituta
et instituenda. Harum testimonio literarum quibus sigillum
nostrum est appensum. Dat Cracouie feria secunda pro:
xima ante festum sancti Nicolai Episcopi et Confessoris.
Anno dñi M°. D°. XXIIIJ. Regni nostri anno decimooctauo.

Ad Dr.

Salauus conductus pro hieronimo Waydolth.

Sigismundus.

Significamus etc. Quia de certa scientia nostra et voluntate salu
Conductum nostrum regium plenamq; et omnimodam securitate
famato hieronimo Waydolth ciui Vratislauien, dedimus et con
cessimus damusq; et concedimus harum serie literarum, huic
ad festum sancti Georgij proxime futurum, ut eo fretus ad ci
tates nras Cracouien, aliasq; loca Regni nostri venire, in illisq;
subsistere morari, negociaq; sua et causas seu actiones iuridica
cum famato Leonardo Fogelweder Consule ciuitatis nre Cracouien
et ceteris subditis nostris quibuscumq; prosequi, ipsisq; negocijs
et actionibus suis dispositis vel indispositis libere ex ipso Regno
nostro recedere possit, sine alicuius perhorrescentia seu impedi
mento persona rebusq; suis, sub nostra regia protectione salue
vbiq; remanentibus. Quocirca vniuersis et singulis palatinis
Castellanis, Capitaneis, Ciuitatum et oppidorum proconsulibus
et Consulibus, et quorumuis locorum prefectis, ceterisq; sub
ditis nostris, in Regno et dominijs nostris vbilibet existentibus
mandamus, ut hunc salnum Conductum in omnibus punctis
clausulis, firmiter obseruetis, ipsi hieronimo Waydolt. nullam
uim directe vel indirecte, eodem saluo conductu durante inferre
audeatis, nec inferri permittatis, non aliter facere ausuri.
pro gratia nra. Dat Cracouie in vigilia sancti Thome apostoli.
Anno dñi Millesimo, quingentesimo, vigesimo quarto. Regni
nostri anno decimooctauo.

Remissio ad Judicium Supremum Cuiusle Magdeburgen Castri Cracovien Cause inter Melchiarem Wangel et Generosum Joannem Pyenyazek Judicem Cracovien, racione domus Cracouie site vertentis.

Sigismundus.

Significamus tenore pntium vniuersis. Quia postquy causa, que inter Generosum Joannem Pyenyazek de Cruslowa Judicem, et famatum Melchiorem Consulem Cracovien, racione domus Cancialis in Platea sancti Joannis Cracovie sitte, coram certis nris Comissarijs ex vtraqz parte vertebatur, ad examen Judicij Civilis Cracovien, vbi ipsa hereditas consistit, cognoscendam, remiseramus, inhibendo alijs nris Comissarijs, ne se de ipsa causa perampline intromitterent. Et quod ipse Joannes Pyenyazek inherendo remissioni nre, eundem Melchiorem, ad hoc ideu jus Civile predicte domus occasione, concitasset, processisset qz per gradus Juridicos, vsqz ad sententiam diffinitiuam. contra ipsum tamen et pro parte dicti Melchioris promulgatam, a qua quidem sententia, dum ipse Joannes Pyenyazek, ad jus supremum Castri Cracovien appellasset, Judex supremus nichil decernen ipsam causam appellationis ad hoc ideu Judicium Civile vicenersa remisisset, respectu inhibitionis nre predicte. tanqz ad illud se extendere deberet, et exinde Joannes Pyenyazek, nolens causam suam ita in dilentio relinquere, iterum a nobis obtinuisset, Comissionem, in personas certorum et aliorum Comissariorum, citassetqz vigore dicte Comissionis eundem Melchiorem, ad ipsum Judicium Comissarium, et contra ipsum procedere voluisset, ac processisset, extunc honesta katherina vxor dicti Melchioris totali ipsius plenipotentia in termino comparens dictorum Comissariorum Jurisdictionem recusabat, et ad gytem nram se instantez prouocabat, referendo se etiam ad inhibitionem nram. Nichilominus tamen ipse Joannes Pyenyazek apud dictos Comissarios quoddam decretum obtinuisset quo mediante fuit adiudicata possessio predicte domus prefato Joanni

pijenijazek, a qno similiter ipsa melchiorowa ad gaietey nrau
appellanit. Cui itaqz eadem causa per modum applonis et supplicationis ipsius melchiorís nobis facte, et per aduocationem nrau
iterum ad nos esset devoluta, ac tandem per nos et consiliarios
nros iuris qz peritos nros expandita, examinata et discussa ptibus
ambabus presentibus, et jura defensiones ac raciones hmcinde
producentibus, allegantibus et proponentibus quibus diligenter
discussis et examinatis ex processu eiusdem cause et partium
allegationibus plene cognouimus dnos supremum errasse et im:
prospecte processisse, in eo qz appellationem ad se factam non de:
terminauit, et indeterminatam ad judicium prioris instancie
remisit, quod facere minime debuit quodquidem ipsa inhibitio
nra ad alios Comissarios, et non ad judicium ordinarium, prout
est jus supremum se extenderet, et ita ipsam inhibitionem nram
et non aliter intelligere debuit. Quapropter hmoi errorem
tollentes cum et nulli partium debet preiudicare, eandem cum
cum ipsius toto effectu et partes predictas cum omnibus et sin
gulis earundem litteris, juribus, documentis et defensionibus
iam factis et productis, faciendisqz et producendis ad gradum
et punctum a quibus appellatum fuit, merito restituendam
decreuimus et restituimus harum vigore, ac ipsam causam
ut premissum est cum toto ipsius effectu ad hoc idem ju
dicium cracouien tangm
ordinarium ab eodem gradu applonis dissimiendam cognoscen
et jure mediante terminandam, remittimus vobis aduocatis
Volentes autem nos erga eundem Joannem de Loc fidei et meritorum suorum predictorum intuitu uberiorem gratiam nostram testatum facere, ac ad futura nostra et reipublice regni nostri serenitia propensiorem et obligatiorem reddere, ipsum et honestam annam consortem eius legittimam in tenuta et possessione predicte ville stall ad extrema ipsorum et eorumlibet eorum vite tempora conservand duximus, et harum serie tenore conservamus ita ut eis viventibus nemini prorsus cuiuscumq; status dignitatis, et conditionis ei existat, illos vel aliquem eorum de dicta villa stall eximere consentiemus, nec permittemus, successoresq; nostri non consentient nec permittent, sed et neq; nos ipsi eosd Conjuges predictos aut eorum aliquem de dictis bonis stall eximemus successoresq; nostri non eximent, sed illos ad eorum vitam in ipsa tenuta et possessione dicte ville stall conservabunt tumbonus vero conjugibus dictis ab humanis sublatis ac bona eorumdem in ipsa villa stall iuste et legittime ut profertur inscripta eorum successoribus legittimis reposita, eiusdem ville possessio ad nos et successores nros redibit et devolvetur volens jure, juribus viris regalibus in ea ipsa villa salvis remanentibus. Harum testimonio tenorum, quibus sigillum nostrum est appensum. Datum in Communione generali Pisis tercio die dominico proximo post festum sancte Agnetis gloriose virginis et martiris. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, regni vri anno decimo octavo:

Ro venerem vt supra Etc.

Confirmatio emptionis quindecim Canorum agri pro doctore Michaele Causs de Thorunio

Registrandus est. Significamus tenore presentium universis Quia innotuit supplicationibus nostris fidelium consiliariorum nostrorum pro egregio viro Michaele Causs artium et medicine doctore cuc

nostro Thorunen. nobis factis, ratamq; et gratam habentes vendi-
tionem quindecim Lancorum agri in villa Toporzisko consi-
stentium, et medietatis prati Deschna cognominati per Nobiles
Georgium de Heslicht, ac Joannem, Nicolaum, et augustinum
fratres eius de Lawenaw, pro quadringentis et quinqua-
ginta marcis prutenicalibus eidem Doctori Michaeli coram
famatis Judice et Scabinis antique Civitatis nostre Thorunen
perpetuo factam, eam ipsam venditionem, et etiam emptionem
dictorum quindecim Lanceorum propter virtutem et fidem eiusdem
Doctoris Michaelis erga nos et rempublicam regni nostri appro
bamus, et confirmamus, approbamusq; et confirmamus, ac
robur perpetue firmitatis illam habere decernimus tenore pre
sentium mediante, per ipsum Doctorem Michaelem Crauszk
et ipsius legittimos successores prefatos quindecim Lancos
unacum medietate prati predicti, cum omni Jure, et Dominio
ac proprietate iuxta continenciam Literarum originalium, desuper
juste et legittime emanatarum, et conditiones coram pre-
nominatis Judice et Scabinis antique Civitatis nostre Thorunen
expressas, tenend, habend, utifruend, quieteq; et pacifice pos-
dend, et in usus suos et suorum successorum beneplacitos con
vertend, prout eidem doctori Michaeli, et ipsius cius legittimis
successoribus melius et utilius videbitur expedire perpetuis
temporibus et in evum, Juribus nostris regalibus in dictis
Lancis salnis semper remanentibus, harum quibus sigillum
nostrum est appensum testimonio literarum. Datum in Coment
generali Pyotrkowien feria tercia proxima ante festum Con
versionis Sancti Pauli Apli, Anno domini Millesimo quin
gentesimo vigesimo quinto. Regni nostri anno decimo octauo.

Ad mandatum domini Regis
Sigismundus Dlug

Suspensio termini in causa inter Magn
ficum Joannem de Lasko et Joannem
de Pilcza capitaneu Lublinen vertente

Significamus tenore presentium universis, quia terminum inter

Magnificum et Generosum Jeronimum de Lasko palatinum Sira-
diens ex una actorem, et Joannem de Pilcza Capitaneum nostrum
Lublinens tangens citatum partibus ex altera in hodiernum diem
coram nobis cadentem in eodem vigore in Castrinam diem suspen-
dimus, prout hodie fieri debuit, nullius partis jure leso. Datt
Pjotrkowie in Commentione generali feria quinta proxima post
festum Commersionis sancti Pauli apli Anno domini Mjllesimo
quingentesimo vigesimo quinto. Regni nri anno decimo nono.

Ro venerend etc vtrum

Confirmatio literarum super Mmera Dzyjkowska ad capitaneatum Ropczi censem pertinentc

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigis-
mundus dei gratia rex Polonie etc. necnon terrarum etc dux et
heres, Significamus tenore presentium vniuersis et singulis pre-
sentibus et futuris harum noticiam habituris. Quia exhibite sut
coram nobis pro parte prouidorum Abe filij olim Nicolai Dzyjk
de Borek ac Stanislai Barczka et Joannis Bayor Cimeratorum
de Cymera nostra Dzyjkowska incorpate ad capitaneatum nostrum
Ropiczense pertinente litere Magnifici olim Joannis de Gyzorv
capitanei Cracovien fundationem eiusdem Cymere continentes
predicti Joannis de Gyzorv capitanei Sigillo appendenti communite
omni prorsus vicio et suspicione carentes. Quapplicatumq est nobis
vt easdem tras auctoritate nra regia approbare, ratificare,
et confirmare dignaremur. Quarum tenor sequitur et est
talis. In nomine sancte Trinitatis et indiuidue vnitatis
amen. Quoniam humana memoria eternitati non coniensuratur
ea que fiunt in humanis negocijs factorum, nisi testibus veridicis
et scriptis publicis lucide roborata fuerint. Nos Joannes heres
de Gyzorv capitaneus Cracovien. Significamus tenore presentium
quibus expedit vniuersis presentium noticiam habituris. Q.

matura deliberatione premia sufficientiq consilio vrorum ami-
corum maturo prehabito consilio, deliberauimus, pronido Nicolao
Dzijk de Boreck dedimus locare, edificare in vzdarze super fluuio Thr-
schyniza inter othszyecka et Jaszkodna alo vrda cum molendinis
constructis et construendis et cum duobus Lanciis ex ambabus
partibus fluuij de Nova radice extirpandis, et cum piscina et cum
decursione beninolencia vethe in eadem piscis prandere, et in eadem
piscina obstacula facere, et in omnibus bijnis vris vrda fodere
et omnia quecunq; pervenientia ad vrndam perficere tam late
tam longe dicto Nicolao Dzijk et suis legittimis successoribus
prout sibi melius videbitur edificare, et eidem Nicolao dedimus
libertatem per quatuor annos ab omnibus censibus et hijs expi-
ratis dictus Nicolaus de dicta vrnda et sui legittimi successores
quolibet anno debent soluere tres marcas et idem Nicolaus dictus
Dzijk debet habere, tenere, possidere, vendere, alienare, commutare,
donare, et ad vsus proprios conuertere, et suis legittimis success
oribus, Anno domini millesimo. quadringentesimo, quinquagesi-
mono. Presentibus hijs nobilibus viris et hominibus Marcisz-
machowsky et Woyczyeszek nostro vulteto de Boreck et alijs qu-
ribus fidedignis. In cuius rei testimonium ac maiorem eiu-
tiam sigillum vrum presentibus est appensum. Actu et datu
veneris prima Julij. Nos itaq; sigismundus rex polonie
prefatus annuentes supplicationibus quorundam Consiliariorq
vrorum pro quibus dictis dimeratoribus nobis factis prerinsertas
tras ac omnia et singula in eis contenta in quorum vsu et possess
sione hijs vosi dimeratores auctoritate vra regia approbauimus
ratificauimus, et confirmauimus approbamusq; ratificamus, et con
firmamus, ac robur firmum habere decernimus tenore presentiu
mediante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est pend
appensum. Datu in Commentu generali Dzyotrkowiey feria quin
proxima post festum Conuersionis sancti pauli apostoli Anno
domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto regni nostri
anno decimo nono. Presentibus Reuerendmo ac venerend in Chro
patribus et dnis Joanne archiepo Gnesnen Legato nato et primate
Petro Cracovien et Posnanien. et regni nostrj vicecancellario.
Mathia vladislavien, Raphaele ploscen, Andrea Jeremischey epis

Necnon magnificis Venerabilibus et Generosis Nicolao de Dambrowyzsa Castellano Cracovien. et exercituum regni nri Capitaneo generali Cristophoro de Schidlowyecz palatino et Capitaneo Cracovien et regni nostri Cancellario Andrea de Thanczin Sandomirien Stanislao de Ostrzielecz Calissien. Jaroslao de Lasko Siradien Palatinis Luca de Gorka posnanien et Capitaneo Maiorisz polonie generali Nicolao de Schidlowyecz Sandomirien ac regni nostri thesaurario Venceslao de Ostrorok Calissien Castellanis Joanne Lithalsky Gnesnen. Cracovien. posnanien et Lanciciey. Joanne Carnkowski Scarbimirien et Canonico Cracovien prepositis. secretarijs nostris. Silvestro Szaronowski Cuccamerario nostro et Zamichostien Capitaneo. ac alijs quamplurimis dignitarijs ac licris nostris testibus circa premissa fidedignis. sincere et fidelibus nobis dilectis. Dat per manus prefati Reuerendi in Xpo patris domini Petri Thomicyzki Cracovien et posnanien Episcopi et regni nri Vicecancellarij sincere nobis dilecti

Petrus Thomicyzki Vicecancell SSt

Rto emisit Reuerendo

Fora oppidi Dzyalosthyn Generosi Joannis Cobylenskij Castellani Dosperien

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam conuenit primeuam auctoritas actus singulos perpetuo duraturos literarum monumentis perhennare proinde nos Sigismundus dei gratia Rex polonie etc. necnon terrarum Cracouie, Sandomirie etc dnus et heres etc. Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris harum noticiam habituris, Quia coram nobis per Generosum Joannem Cobylensky Castellanum nosperien qdq fora annalia in ipsius oppido hereditario Dzyalosthyn in tra et districtu nostro Wyelunien sito. alterum videlicet pro festo sancte Marie Magdalene et alium pro festo sancti Francisci Confessoris per Sigismundum olim principem dum Alexandrum fratrem Germanum predecessorem nrum Casimirum instituta. cum alijs foris annalibus oppidorum vicinorum concurrerent, supplicasset

nobis, vt jncolarum eiusdem oppidi Dzyaloschyn incremento et commoditati prospicientes alia fora annalia loco predictorum in eodem oppido instituere dignaremur. Nos itaq; huic supplicationi prefati Joannis Cobylenszky benigne annuentes, cupientesq; vt pretactum eius oppidum Dzyaloschyn ad meliorem statum et conditionem reducatur, indicenda et instituenda in eo duximus de nouo indicimusq; et instituimus tenore presentium mediante vnum septimanale forum singulis feriis quartis et septimanis celebrandi et duo annalia fora loco aliorum duorum superius expressorum vnum videlicet pro festo Translationis sancti Stanislai in septembre celebrari solito, et aliud in festo annunciationis gloriosissime dne nre virginis Marie singulis annis agenda et frequentanda pro institutisq; habere volumus et decernimus. citra tamen aliarum ciuitatum et oppidorum nrorum in vicinia circumquaq; consistentium iudicium et detrimentum. ita q̃ omnes et singuli homines sexus vtriusq; cuiuscunq; status et conditionis existant, ad hoc ipsum oppidum Dzyaloschyn pro foris predictis construere possint temporibus pre nominatis causa emendi et vendendi, merces pro mercibus permutandi et alia negociationis genera exercendi, veniendo q; in accedendo et redeundo nra et successorum nrorum securitate et libertate pociantur, nisi tales sint, quos leges et jura fori non permittunt et quibus proborum hominum consortia merito sunt deneganda, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum est putibus appensum. Datt in conuentione generali prioris homicidii die commissionis sancti pauli apli Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto, Regni nostri anno decimo nono. Jnstibus vt supra in prioribus proximus Feriis etc.

Ro renouzen vt supra

Confirmatio resignationis bonorum per Nobilem Joannem Clapowski et Annam consortem ipsius, coram loci capitaneo, sibi inuicem facte

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium vniuersis Quia cum

exhibite essent coram nobis pro parte Nobilis Joannis Chlapowski
litere magnifici Lucae de Gorka castellani posnanien et capita-
nei maioris Polonie generalis inscriptionem cessionem et re-
signationem bonorum hereditariorum per ipsum
Joannem Clapowski ac Nobilem Barbaram Chlopska consorte
eius legittimam amore coniugali. et ex causa permutacionis
mutuo sibi invicem coram prefato magnifico Luca de Gorka castel-
lano et capitaneo factas in se continentes eiusdem magnifici
Lucae duobus sigillis in cordula serica appendentibus com-
munitas, humiliatumque fuit nobis vt easdem tras, ac omnia
et singula in ipsis contenta, auctoritate nra regia approbare
ratificare, et confirmare dignaremur. Quarum quidem tra-
tenor sequitur et est talis In nomine domini amen. Ad perpe-
tuam rei memoriam. Lucas de Gorka castellanus posnanien.
et Capitaneus maioris Polonie generalis, significamus tenore
presentium quibus expedit universis. Quomodo ad nostri et alios
eiusdem terre Nobilium veniens presentiam Nobilis et honesta Bar
bara Chlopska consors legittima Nobilis Joannis Clapowski here-
villarum suarum vtrimque olim. et medietatis Lyessne Chrzanowo
habens penes se Nobiles Martinum Czomiejewski patrunum et Jacobum
Krampczynski avunculum suos, constituta non compulsa non coacta
nec aliquo dolo errore seducta vel circumventa blandimentis
sana mente et compos rationis existens, vsa que salubri consilio
amicorum secum astantium. et adhibita scripta omnia rationabiliter
consentiens et matura intra se deliberatione prehabita, libere
et per expressum hilarique vultu suo recognouit, quia totales sortes
suas paternas et maternas per eam hactenus in villis vtraque olim
et Lyessno Chrzanowo in districtu Pisdren consistent habitas, necno
alias omnes sortes, villarum prescriptarum ad se jure suo quesito ex
vi resignationis et condescensionis sibi Barbare per Nobilem Jacobum
Sadnijewski, et eius filiam Zophiam adhuc virginem. sed tamen
adultam, et Nobilem ex Nobili olim anna Chlopska legittime pro-
creatam officiose ac dimissim, titulo perpetuo iam pridem facte legitis
pertinen prout de hoc litera huiusmodi latius disponit. cum omni

Jure, dominio, et proprietate, prout ipsamet barbara eadem bona
sua omnia, tum jure naturali paterno, et materno, quo jure
quesito suo supra expresso communctim et divisim pacifice ac sine
quouis juridico impedimento hucusq possidebat, nichil juris
dominij et proprietatis in sortibus predictis vtriusq bonorum
omnium premissorum communq perpetuitate, pro se successoribusq
ac heredibus suis proximioribus, et in linea consanguinitatis
siue remotioribus existentibus pertinus reseruando similiter titulo
perpetuo marito suo Joanni Claporwsky prenominato ex causa
permutacionis videlicet pro bonis hereditarijs sibi eque per
dictum maritum eius perpetue inscript et condescensis in
villis. Claporwo. Bagrowo, Krapk, et Gasolthowo in eodem
districtu sitt, dando scilicet Iram pro tra, et bona pro bonis
hinc inde facte, inscripsit et resignauit, prout inscribit et resignat
condescenditq temporibus auiternis presentium tenore mediante
dans et admittens, condescendensq iam ex nunc coram nobis
sibi Joanni marito suo dictorum bonorum omnium puta vtriusq
ville olwey, et medietatis siue Lyessne Morzimorwo realem et
actualem intromissionem possessionemq pariformi perinde
valituram, ac si per ministerialem loci trestrem de jure additum
fuisset et esset vsitata regni consuetudinem consumata inscriptio
nemq tamen recemptionalem sibi Joanni Claporwsky in bonis pre
missis videlicet vtraq olwey et medietate ville Lyessne Morzi
morwo communctim mantea seruientem Latinis obloquen, nullo ex
parte offendiq, enim imo eam cum tempore priorem et officiosa
in toto eius tenore et continentia in suo debito vigore relinquendo
per ipsum Joannem Claporwski et eius legittimam posteritatem bona
prefata omnia, videlicet vtramq olwe et medietatem ville Lyessne
Morzimorwo, vna cum omnibus earundem villarum et sortium
predictarum, vtilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus juribus
pertinencijs, ac obuentionibus generaliter vniuersis quibuscumq
nominibus vocitatis, nullis exceptis ad ea bona omnia communctim
et divisim spectans et obuentionibus generalitate specialitatj et contra
non derogan Ita late longe, et circumferencialiter prout ea bona

omnia, et quelibet eorum sic esse in suis metis ac limitibus sunt distincta et limitata, tenendi, habendi, utifruendi pacifice quietis perpetuis temporibus vigore presentium possidendi, vendendi, commutandi, alienandum, obligandi, inscribendi, et resignandi ac in vestros suos successores quorumcunque bonorum voluntas condendi. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Datum et datum in Castro Posnaniensi feria sexta proxima in pro festo visitationis beatissime virginis Marie Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto presentibus tunc Nobilibus Martino Psarski, Mathia Welnijenski, Mathia Zlotkowski, Nicolao Langski, Nicolao Zyelenski, et Martino Nowowijeski testibus. Nos itaque Sigismundus rex Polonie predictus iustis supplicationibus prefati Joannis Chaponski annuentes premissas literas inscriptionem, cessionem, et resignationem bonorum superascriptorum per dictos Coniuges mutuo et sibi invicem, sicut vti premissum est, factam ac alia omnia et singula in superscriptis literis expressa, in omnibus punctis, clausulis, conditionibus, et articulis, ac toto illarum tenore auctoritate nostra regia approbauimus, ratificauimus, et confirmauimus, approbamus que ratificamus, et confirmamus, ac robur firmum habere decreuimus tenore presentium mediante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est presentibus appensum. Datum et datum in Conuentu generali piotrkowien die Conuersionis sancti Pauli apostoli Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, regni nri decimo nono.

Petrus Episc et
vicecancell SSt

Rto et supra dti

Decretum pro Incolis Oppidi Radoschicze super stacione qm ab illis exigit Capitaneus Chanczinen, et semita ad hortos eorum designanda

Sigismundus etc

Significamus tenore presentium vniuersis. Quia cum questi essent coram nobis Incole oppidi nri Radoschicze qd Generosus Hieronimus Schafranijecz de Pyesskowaskala Capitaneus Chanczinen

stationem quotannis ab illis exigeret ad cuius solutionem se non te:
neri suosq; predecessores a tempore antiquo illam Capitaneis Chan:
ginen. minime dedisse seu solvisse allegabant, mandaveramus vo:
cari ad nos vicecapitaneum Changinen. ut nos certiores redderet,
an ipse hieronimus Sthaffranijeg modernus Capitaneus Chan:
ginen. ipsam stacionem ab eisdem oppidanis de Radoschicze exi:
geret, et priores Capitanei exegissent necne. Illeq; Vicecapita:
neus eosdem oppidanos ipsam stacionem, tam moderno Capi:
taneo, qm̃ suis predecessoribus Capitaneis solvisse affirmasset.
allegantibus e diverso dictis oppidanis, se dedisse quidem ali:
quotiens ipsam stacionem Illmis Reginulis filiabus bez my
olim Principis dñi Kasimiri Regis, parentis et predecessoris
nri charissimi, sororibus nostris, cum illic in Radoschicze mansisset,
et ita postea exactionem et solutionem ipsius stationis per
Capitaneos temere et de facto introductam fuisse, contra dispo:
sitionem eorum privilegij, illis a nris predecessoribus con:
cessi. Quod cum originaliter hij ipsi oppidani de Radoschicze
coram nobis exhibuissent. Nos comperientes nullam menti:
onem de stacione in illo contineri, nolentesq; eisdem oppidanis
predictis in illa exigenda aliquod preiudicium fieri, decre:
vimus et harum serie literarum decernimus, ut posteaq;
duo de consulatu, et duo de communitate ipsorum oppidanorum
de Radoschicze coram Capitaneo Changinen. vel eius vice:
capitaneo juramento corporali probarent, q; ab antiquo tem:
pore stationem Capitaneis Changinen. ipsi oppidani de Ra:
doschicze vel eorum predecessores non solvebant, debeant esse
ab illius solutione ad Castrum nrum Changinen. omnino immunes
et liberi, et quia etiam nobis questi sunt oppidani nri predicti
Radoschicen. prohiberi illis per officiales ipsius Castri nostri
Changinen. et factores oppidi Radoschicze, semitam ad eorum
hortos per agros ville Radoska prioribus temporibus illic
fieri solitam et libere eis permissam, decrevimus et decer:
nimus per putes, q; duo senes ex communitate eligendi, ju:
ramento suo coram ipso Capitaneo, vel suo officiali, ad id ab
illo designando probare debeant ipsos incolas oppidi Radoschicze
prioribus temporibus liberam semitam ad eorum hortos pre
dictos agros habuisse, eaq; usos fuisse, et cum ita juraverint
debebit eadem semita ad trium palmorum latitudinem, usq;

ad eum locum ad quem se se ab antiquo protendebat dimetiri et designari, ipsique capitaneus Chanczinen et eius officiales ipsos oppidanos Radoschicen libere eadem semita uti permittent et permittere debebunt. pro gratia nra. Datt etc. Datt in Commentione generali pyotrkowien Sabato proximo post festu Conversionis sancti Pauli apostoli. Anno domini millesimo, quingentesimo, vigesimo quinto. Regni nri anno decimonono.

Rto dtt.

Quitancia pro Generoso petro Opalenyczky Theloneatore Posnanien

Sigismundus etc.

Significamus tenore presentium universis. Quia Generosus petrus Opalenyczky Tholoneator noster posnanien. post rationem nouissime per eum factam aliam nobis rationem fecit. de theloneo nouo fimtimo illius curie et administracioni commisso. a Bobus cattibus, ceralys quoque rebus et mercibus. ad theloneum nouum pertinentibus ex quinque cameris videlicet posnanien. Calissien. Ponyecien westhowen et Kyiedzyrzecen. de tribus annis et uno quartali incipiendo a festo sancti Bartholomei anni millesimi quingentesimi vigesimi octimi vsque ad festum sancti Martini anni millesimi quingentesimi vigesimi quarti Item de theloneo antiquo nobis etiam sufficientem rationem fecit per duos annos et viginti tres septimanas incipiendo a festo sancti Bartholomei anni millesimi quingentesimi vigesimi primi vsque ad festum sancti Georgij anni millesimi quingentesimi vigesimi quarti, demonstrando ad unguem omnia percepta et exposita de mandato nostro ex utroque theloneo omnium et singulorum annorum predictorum. et etiam ponendo, in ea ipsa ratione ceram Generosi olim Joannis Boner ex regno nro libere dimissam. a qua si solutum fuisset theloneum. constituisset Summam ducentorum quindecim florenorum et viginti duorum grossi

quam ceram et ipsos ducentos quindecim florenos et viginti duos grossos, qui ab illa soluendi erant, in hac ratione ipsi Generoso Petro Opalenyczky suscepimus, ea conditione si registris spectabilis olim Joannis Boner fuerit comprobata, ex ea autem ratione posita in illa uti premissum est, et inclusa cera predicta, per ipsum olim Joannem Boner de regno nro libere educta, ipse Petrus Opalenyczky nobis debitor remansit in ducentis quinquaginta quatuor florenis in moneta per viginta grossos computatis, et tredecim grossis qros nobis solueze et exponeze tenebitur. Commendantes itaq; eiusdem Petri Opalenyczky thelonearios nostri, fidem diligentiam, et solliciatudinem ipsum et eius successores, de utroq; theloneo prefato per tempus superius expressum perpetuo quietamus et liberum facimus per presentes quibus in testimonium sigillum nostrum est impressum. Actum et datum in Commentione generali Petrikouien die Conuersionis sancti Pauli Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Regni nostri anno decimo nono.

Sigismundus rex manu

Pincernatus Rawen

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia nos ad diligentem intercessionem venerendi in chro patris domini Joannis sancte Gnesnen ecclie archiepi et primatis ac sedis apostolice legati nati, et Magnifici Jeronimi de Lasko palatini Siradien. fidelis nobis dilectorum Nobili Joanni Zaluski alb Thabasth Pincernatum terre Rawen per genitorem ipsius Abraham Zaluski hucusq; possessum per cessum vel decessum eiusdem Abrahe seu quomodolibet aliter vacaturum dandum et conferendo duximus, damusq; et conferimus presentium tenore mediante

per ipsum Joannem Zaluski dictum Pincernatum Cracowien
tre strem, vna cum omnibus et singulis eiusdem pincernatus
utilitatibus, fructibus, proventibus, pertinencijs, libertatibus,
et prerogatiuis, obuentionibus q; quecunque alias quomodolibet
exactis, ad eundem ipsius pincernatum actinentibus spectan-
tenend habend, et pacifice quietq; vigore presentis
nostre donationis, extunc prout exnunc et contra, omnibus
quibuscunq; contrarijs, vsq; ad mortem suam possidend, non
aliter quam si dictus pincernatus ad presens iam actu vacaret
Quocirca vobis dignitarijs et officialibus tre Cracovien innote
scimus pntibus firmandantes, q'tus dictum Joannem Zaluski
pro vero pincerna tresti Cracovien habeatis et habeatis, quatu
in vobis est, faciatis, ac illi de proventibus ad eius offi-
cium pincernatus pertinentibus respondeatis, pro gratia nra
non aliter facturi. Datum in Commentione Piotrkowien, sabato
proximo post festum Commemorationis beati Pauli Anno domini
Millesimo quingentesimo vigesimo quinto Regni nri decimo nono.

Rex vidit Gorka Cancellarius.

Confirmatio decreti Commissariorum de soluenda Decima Mampulari et non pecuniaria Plebano in Trampky de agris possessionatis Incolarum Oppidi Osmolyn

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis, quod cum nuper orta fuisset differentia inter venerabilem Jacobum de Cracouia medicine doctorem, plebanum in Trampky et Canonicum Lowicien ab vna, et prouidos proconsulem et Consules aliosq; Incolas oppidi nostri Osmolyn ab altera partibus, et in presentiam nostram regiam, per modum appellationis a quibusdam

commissarijs per nos ad infrascripta datis deducta et denolata occasione decime manipularis cuiuslibet grani quam dictus Jacobus ad se et ecclesiam suam parrochialem in oppido Trapki consistentem pertinere, et per vosdos oppidanos nostros de Osmolyn de quolibet Laneo cultu et possessu quotannis sibi dari debere affirmabat et non in pecunia numerata prout ipsi oppidani pretendebant commisseramus hujus rei cognitionem Venerabilibus et Generosis Stanislao de Strzelce decretorum doctori scholastico et officiali vrat. Sthowrey Jeronimo Okon Canonico ploceñ Notario nro & de de Syernozyja Castellano Gostinen et petro Cozerski dapifero Cochazowien Judicibus viris commissarijs, vtriusq; fori, qui vocatis ad se partibus predictis, et auditis earñ propositionibus, allegationibus, et responsis ac bris. et munimentis illarum remissis, necnon etiam testiñ coram illis legittime ñr hac causa inductorum et examinatorñ attestationibus diligenter et mature expensis decimam manipularem cuiuslibet grani de omnibus agris cultis dicti oppidi Osmolyn per eius Incolas ipsi Jacobo moderno et pro tempore existenti plebano et Eccliæ ñr Trampky perpetuo solvendam esse decrevernnt, a quo quidem decreto ipsorum commissariorum nro cum dicti oppidani ñri ad nos pronocassent et coram appellationis hujusmodi judices nri commissarij deferend easdem partes ñr presentiñ Curiam generalem ad nos remisissent, illisq; certis terminis coram nobis cum toto hujusmodi cause processu juri dicto Commissariali peremptorie comparendi pro ñrisdicta sequenda prefixissent eodem termino adveniente comparens personaliter coram nobis prenominatus doctor Jacobus plebanus ñr dicto oppido Trampky exhibuit originaliter acta seu processus predictorum commissariorum nrorum, in alterius partis presentia ñr hac causa partium coemendary commissariorñ nrorum sigillis communitum. Decretum seu

Sententiam illorum pro parte ipsius Doctoris Jacobi et ecclie sue in Trampohy, et contra dictos oppidanos dicti oppidi Osmolin latam in se continentem, qua ipse Doctor Jacobus per nos approbari, ratificari et confirmari petit sub hor qui sequitur verborum tenore Neminem timen, sed solum Deum et iusticiam pro oculis habentes per hanc vram sententiam diffinitivam qm ex hijs, que in hac presenti causa et controversia vidimus videlicet, juribus privilegijs, Erectione, contractibus sententijs pro parte ecclie in Trampohy productis, ac depositionibus testium pro parte oppidanorum de Osmolin super exactione privilegij ducalis super decima pecuniaria quam asserebat teneri, et non manipulari, videlicet per xxdecim grossos de Lanco cultu exhibitis inratis et sufficienter examinatis ac privilegio eorum fundi oppidi Osmolin, quod duntaxat jus talionis, quo, et oppidani Gambijn vtitur cito disponit, Attento etiam quod si ipse Dñi ducales super solucione ipsius decime pecuniarie fuissent produte, oppidanos exactos nō relevarent, eo qđ non eorum est disponere de decimis, sed Episcopi, Alijsqz etiam debita ratione et deliberatione sufficienti recensitis vigore Commissionis sacre regie Maiestatis decreuimus, et adiudicauimus ecclie parrochiali in Trampohy decretam solvendam per petrum decimam manipularem ex oppido Osmolin de agris cultis et possessionatis cuiuslibet grani hac sententia nostra mediante, quam quidem sententiam, Nos vna cum Consiliarijs vris in presenti Comuntu generali nobiscum existentibus cognoscentes esse iuste et legittime latam ac juri et rationi consonam, annuentes instis supplicationibus supradicti doctoris Jacobi rectoris moderni ecclie parrochialis in Trampohy illam in omnibus et singulis clausulis, punctis, et articulis ac toto ipsius tenore presentium mediante, Quocirca tibi Magnifico Cristophoro de Schidlowiecz palatino et Capitaneo Cracovien et regni nostri Cancellario Capitaneoqz Gostinen et cuicunqz alteri Capitaneo et vicecapitaneo, ceterisqz officialibus Castri nostri Gostinen, et dicti oppidi Osmolin Tenutarijs, et eorum vices gerentibus modernis et pro tempore existentibus stricte Mandamus et precipimus, vt in huiusmodi decreto premisso ipsum doctorem Jacobum modernum plebanum oppidi Trampohy et alios plebanos pro tempore existentes concernetis, Illisqz decima

Manipularem et non pecuniariam de agris cultis et possessio-
natib ipsius oppidi Osnolim per incolas eius sine gravis
ulteriori difficultate integre solui et de illa responderi faciat
ac in usu et perceptione dispositionegz libera eiusdem decime
Manipularib ipsi plebano modernis in Tramphey, et eorumdem
alteri pro tempore existenti assistatib, nec illi aliqua innovacio
vel detrimentum in eadem decima inferri per quempiam
permittatis pro debito officij vri et gratia vra non aliter facturi.
Harum quibus sigillum vrum est appensum testimonio
Tarenty Actum et Datum in Conventu generali prefatorum feria
secunda ante festum purificationis gloriosissime virginis
Marie proxima Anno domini Millesimo quingentesimo
vigesimo quinto, Regni vri anno decimo nono:

Petrus tymo et
Nicolaus Rost

Visa. vt supra. Rost

Decretum pro Joanne Bohemo contra Proconsulem et Consules Wschowen.

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium quibus
expedit vniversis presentium noticiam habituris. Quia cum
nos commissimus certis commissarijs vris decisionem et
judicium cause vertentis inter famatos Joannem Bohemum
civem vrum Wschowen ex vna, et proconsulem consules, ad-
uocatum scabinos totamgz communitatem oppidi vri Wschowen
parte ex altera, occasione certe diffamationis, et obiectionis
furti, inculpationisgz de receptione certe summe pecuniarie
ad sexaginta marcas se extendentis de qua idem Joannes
fuerat per Wschowen inculpatus, ac item occasione lesionis
eidem Joanni ratione violente detencionis, captiuationis,
incarceracionis, ac infamationis inde secute illate, negligen-
cijsgz damnis et missensis, quas idem Joannes se de obiecto
crimine exonerasse, et iustificasse, ac consilia jurisperitorum obti-
nendo fuisse coactus est, ac alijs nonnullis grauaminibus
missijs et damnis in causa processu Lacius expressis, pro
quibus omnibus idem Joannes, civis Wschowen prefatos conuenerat

Prefatiq̃ Commissarij vri in causa hmiusmodi, procedey, auditis parium propositis et responsis, ac seruatis de jure seruandis decreuissent imprimis expurgationem Joanni Bohemo de obiecto sibi crimine furti, qnã videliret cmunay, sp̃dictam ad sexaginta marcas se extendentem non recepisset. de thesauro Pretorij Wschowey cum quodam Michaele Lamerzhertq, qui ob sua demerita ante annos aliquot vltimo supplicio affectus est. terminumq; certum hmiusmodi juramento p̃estando, p̃fixissent. Prefati vero Cines Wschowey decretum hmiusmodi reprobando Judices Commissarios ad nostri p̃sentiam, vi vim motionis citassent per ministerialem trestrem. Commissarij autem motione hmiusmodi non obstante sim decretum exequey Joannem sp̃dictum ad expurgandum se iuxta decretum illorum admisissent. illeq; decreto eorum satisfacien, in loco iuramentorum solito compa rens, iurare iuxta zothamu paratus fuisset, et vi contumaciam partis aduerse iuramentum audire nolentis. eidem Joanni Bohemo Commissarij sp̃dicti per illorum sententiam pro cmuna sp̃dicta sexaginta marcarum pro qua fuerat inculpatus, ac pro p̃fa incolpatione, et diffamatione per sp̃dictos Wschowey, vt premissum est fact, erasionem decreuissent. Prefatis vero Wschowensibq pro ea p̃fa cmuna, ac pro incolpatione et diffamatione sp̃dicti Joannis silencium perpetuu imposuissent. Decreuissent q; vlterius per eundem Joannem innocentem et immunem esse infamie sibi obiecte ac honori bonoq; fame, p̃missa omnia nocere non debere temporibus perpetuis, vadio mille florenorum de quo adhibito. Postea q; eo p̃fato Joanne instante, et pro p̃missis suis, iniurijs et damnis p̃missorum erasione perpessis cui ydem Cibus vstitiam ministrari petente, ydem Commissarij nostri auditis partium, p̃positis et responsis, ex declaratione probationis qua Wschowey, Joanni Bohemo sponte detulerunt, super iniurijs et damnis suis p̃fatis satisfacere, eodem Joanne p̃missa omnia ad cmuna trecentarum marcarum pecuniarum extimante super hmiusmodi sua extimatione, cui ex testibus juramentu fac̃e eidem decreuisset. Idemq; Joannes, cui testibus in termio sibi p̃fixo, documentum fac̃e iuxta decretum Commissariorum paratus fuisset, Ipsiq; Commissarij vri eodem Joanne vstante

et aduersarios nostros iuramentum et probationem
audire nolentium contumaciam accusante, eosdem procuratores
Consules, aduocatum, scabinos, et totam communitatem Ciuitatis
nostre Westhowen in summa trecentarum marcarum pecu-
niarum, eidem Joanni pro iniurijs et dampnis supera expressis
soluenda condempnauissent per sententiam suam, prout
ea omnia superascripta, sub sigillis Commissariorum nostrorum
diligenter conscripta, coram nobis exhibita sunt, ac tandem
Ciues nostri Westhowen, ad vtrum eum confugere possissent
se sententia huiusmodi fuisse nimium, et plus equo gra-
uatos, asserendo se non sufficere ad soluendum tantam summam
Joanni Bohemo suo aduersario, Nos ipsis ad ipsorum instantia
terminum parti vtriusque hic coram nobis comparendi, ad con-
uentionem autem Westhowen prefixissemus. Comparatis
itaque partibus ipsis coram nobis Nos nonnullis Consiliarijs
nris, commisimus cognoscere, de processu et sententijs, commis-
sariorum hostatorum inter partes causa habita, et facta, qui causa
diligenter examinando, ac pariter proposita et responsa hinc
inditis comperierunt, et palam cognouerunt, ipsos Commis-
sarios nros, in processu causarum predictarum legittime et
iuridice processisse, sententiasque in ipsis causis iuste legitte
et debite tulisse et sentenciasse, propterea nos, totum tenore
predicte processus, et sententias per ipsos latas rathas et
gratas habend de consilio consiliariorum nrorum nobiscum
existentium ex certa scientia et deliberatione nra regia
confirmandas, approbandas, et ratificandas fore duximus, prout
confirmamus, approbamus, ratificamus et decernimus, ipsas
robur firmitatis debite obtinere temporibus perpetuis. Statuen-
tes insuper et decernentes auctoritate nra regia, infamationem in-
culpationem, accusationem de obiecto crimine furti seu alijs
quibuscumque obiectionibus et inculpationibus Joanni hostato de
Westhowen facta, sibi et suis legittimis successoribus nullam
damnum, scandalum, detrimentum, aut diminutionem in honore
et bona sua fama facere debere; ipsumque in honore et bona
sua fama, bene honeste, et recte conseruatum fuisse, pro-
nuntiamus et declaramus, ac eundem in honore et bona
fama sua, ac in officio et loco suo, prout ante ipsam inculpation
fuerat conseruamus, pronuntiantes et decernentes ipsum ad ea

officia Civilia obeunda esse idoneum postq̃ ab illa fuerit electus hic in regno et dominijs nris obtinuq̃ locorum ac etiam extra regnum et dominia nra, Adiicies in super. quia huiusmodi inculpatio et accusatio modo submisso facta p nullum unquad hominem sibi amplius obici debebit, Similiter etiã prouisuli, Consulibus, Aduocato, Scabinis, totiq̃ communitati Civitatis Westhowen inculpationem et accusationem eidem Joanni facta et qua se expurgauit in ipsorum honore et bona fama nocere vel ipsis aliquid nocumenti non debere hoc nro decreto regio mediante. Vt autem submissa omnia firmius obseruentur decreuimus et mandamus quia Cives Westhowen spfati debent dare tras suas patentes eidem Joanni Boheno sub sno Civitatis sigillo ac omnium Contuberniorum artificum et fraternitatum eiusdem Civitatis nre Westhowen sigillis dare, quibus securus stant se de ipso nichil simistri suspicari, nec aliquid mali de ipso scire, quod honori et fame sue nocere deberet, quia quia ipsum habent et reputant pro homine bonis nitegre fame et in honore bene conservato, quod ꝙ ipsi nec per se, nec per aliquam submissam personam eidem submissorum occasione nullo unquam tempore aliquid obicient vel exprobrabunt, nec aliquis ipsorum obiciet, vel exprobrabit, sub pena mille florenorum hungaricalium in auro bono et iusti ponderis. Quod vero attinet sententiam p Commissarios nros latam super Trecentis marcis pecuniarum eidem Joanni solvendis pro iniurijs et damnis suis, illam de partis vtriusq̃ consensu ad summam centum marcarum pecuniarum duntaxat moderauimus, Decernen quia idem ipse Cives nri Westhowen spefatas centum marcas solvent sibi et reponent realiter et in effectu in Castro nro Westhowen coram officio Castri nri eiusdem et apud acta eiusdem Officij pro ratis infrascriptis, videlicet quinquaginta marcis pecuniarum pro dominica Jmmediate proxime futura, alias vero quinquaginta marcas pro festo Sancti Martini Confessoris proxime futuro. Quia vero Joannes Boheminus spedictus pro summa sexaginta marcarum, pro qua fuerat per Cives Westhowen inculpatus mediante sententia Commissariorum nrorum liber pronunciatus est, Decernimus quia

ydem ipsi Cives Anglini non debent nec poterint ipsum pro eisdem
vel aliis rebus aut summis quibuscunqz incolpare, nec ratione
aliquam ab ipso petere. a quibus omnibus. et a facienda illius
ratione, de administratione officij sui ipsum absoluimus libe
rumqz facimus ponti vro regio decreto. Que omnia et
singula premissa vi omnibus punctis, clausulis, articulis
et conditionibus. decernimus et mandamus, per vtramqz
partem firmiter et inviolabiliter obseruari temporibus per
petuis, sub pena mille florenorum hungaricalium vi auro et
ponderis bonis. per partem non tenentem parti tenenti pro
media parte et nobis pro alia media parte, irremissibiliter
soluenda, Nullis modis cautelis, iuris vel facti remedijs
aut dilationibus et effugijs premissa omnia et pene solutione
vi casu transgressionis illius, altera alteram partem coram
pro qua quidem pena et pro complemento et satisfactione
presentis concordie in toto vel vi parte, pars illam tenens
partem ipsam non obseruantem stringere debebit ar
bi expedierit fuerit citare poterit ad presentiam Capita
nei uri Noschowey pro tempore existentis. Cui quidem
Capitaneus habebit facultatem qua sibi impartimur p
dictis partem vtramqz compellendi, pignorationibus
et alijs modis vi executione vendicate seruari solitis
ad obseruationem dicte concordie, et illam vendendi pro
pena predicta vi casu transgressionis eiusdem concordie
prout superius est expressum. pro qua quidem pena et
pro obseruatione omnium premissorum pars citata parti
concordiam tenenti, tenebitur respondere coram Capitaneo
sed predicto vi primo termino tanqz peremptorio nullis
modis aut coloribus, vel effugijs, juris aut facti ipsam
euadendo. Quicquid autem sibi vi auxilium recipere voluerit
aliqua parcium citata hoc parti citate nocere debebit et
parti citanti prodesse. Et si hec pars citata suam causam
perdere debet. Harum testimonio literarum sr. e appensum
Et et datum Pyotrkonii in Conventione generali feria sexta
proxima ante festum Sctorum Sebastiani et Fabiani Anno dni M°. D. xxvto Regni vra decimo octauo.

Rex et cetera

Transumptum Iurarum super foro libero Carnium Oppidi Bochnija

Sigismundus dei gratia etc. Significamus tenore presentium universis. Quia exhibite sunt coram nobis pro parte Generosi Nicolai Czykowski Castellani polanecen Burgrabij Castri nostri Cracovien et Advocati hereditarij Bochnen, brue lre Serenissimor olim predecessorum nrorum polonie regum videlicet Wladislai avi, et Joannis alberti fratris germani nri charmi incolis oppidi nostri Bochnija super libero foro carnium per dictos sereniss predecessores nostros concesse. supplicatumq est nobis, ut easdem lras in forma vidimus. exemplari et Transumti mandaremus ac lras earum transumpti ipsi Generoso Nicolao Czykowski prefato, sub sigillo nro concedere dignaremur quarum quidem lrarum tenores sequuntur, et sunt tales. Wladislaus dei gratia rex polonie Lithuanieq princeps supremus et heres russie etc. Significamus quibus expedit universis quomodo ad instantes petitiones tocius communitatis Civit et incolarum nre Bochnen Civitatis. qui nobis humilimas ipsorum porrexerunt supplicationes. et ipsorum inopiam et variorum defectum onera. quibus, proch dolor, non modice dinoscuntur implicati, benigniter intuentes, eorumdem inopie et defectum huiusmodi misericorditer subvenire dignaremur. quorum bene, meritis acclinati petitionibus. ipsos hac prerogativa de nre liberalitatis gratia speciali digne decrevimus consolandi. ut nostris piis suffulti presidijs sub nro felici regimine, uberius respirare valeant, ipsaq Bochnen Civitas. exinde feliciora possit recipere incrementa, et creatoris nri clementiam pro nobis iugiter exorare. ipsis in Civitate Bochnen sp̃dicta, in loco quid vulgariter Nowyrinok dicitur. Banos carnium seu macella libera que vulgariter Szcharzky nuncupantur, eo jure et consuetudine, singulis diebus sabatis in qualibet septimana habend, et carnes cuiuscunq generis hominum

quorumlibet statuum et conditionum vendendi, quibus banos seu macella hmiusmodi in Cracovia habere permisimus, plenam liberam et omnimodam tenore putamus concedimus libertatem temporibus affuturis permansuram. Salvo etiam salario in Craft pretextu banorum et macellorum eorundem observando. Vobis igitur Capitaneo, procuratori, vicepprocuratori Cracovie et eorum vicegerentibus, qui pro tempore fuerit, vris firmis damus, regalibus in mandatis, qtis sepefatam dominitatem cum et incolarum vre Bochnien civitatis in vendendis carnibus singulis diebus sabatis, in bancis carnium, que sedhartzky, vt premittitur appellantur, nulla impedire presumatis ratione, quousqz a nobis aliud habueritis in mandatis. Harum quibus sigillum vrum appensum est testimonio literarum. Datum in Nepolomyce feria secunda post dominicam Oculi, Anno domini millesimo quadringentesimo quinto, ad relationem Nicolai vicecancellarii. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Joannes Albertus dei gratia rex Polonie necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Cuiavie, Cracovie, Lancicie, supremus dux Lithuanie, Russie, Prussieqz ac Culmen, Elbingen et Pomeranie dnus et heres. Significamus tenore presentium, quibus expedit universis presentibus et futuris, hanc noticiam habituris, quod attendentes civitatis vre Bochnien et universorum incolarum eiusdem non mediocre gravamen, quod precipue et venditione emptionesqz carnium continuis ebdomadis seu diebus habent et tollerant, volentesqz hmiusmodi eorum necessitati consulere, necnon Cuppis seu Thesauris vris maiorem melioremqz fertilitatem victus administrare, damus et presentibus civitati vre Bochnien et omnibus eiusdem inhabitatoribus et quibuscumqz advenis et hospitibus forum liberum bestimanale ad vendendas emendasqz carnes quorumcumqz animalium pro vsu hmano necessariorum idoneorum et solitorum indicere et instituere, prout iam ex nunc indicimus et instituimus tenore presentium mediante. Ita vt omnes et singuli hanc eiusmodi statuis sint, tam intra prefatam civitatem vram Bochnien quam etiam circumqz in alijs oppidis vicinis, aut villis circumiacentibus manen

emendam vendendi et exponendi partibus venientes, poterint possintq; hinc libere, carnes quascunq; pro humana necessitate et usu valentes et idoneas in publicum locum Civitatis nostre Bochnen prefate adducere et mactare pro quolibet die Sabato per totum annum perpetuis temporibus vendendas et emendas vobis itaq; subditis nris per totum regnum nrm Polonie et presertim ubilibet in terris Cracovien, necnon in Civitate nra vestra Bochnen manentibus eorumdemq; statibus existant, notificamus publicamusq; et in notitiam vniuersorum deducimus, necnon certificamus, et assecuramus, quatenus licitat vobis, et vnicuiq; vestrum pro prefato foro libero Civitatis nre prefate Bochnen, quolibet die Sabato, per circulum totius anni perpetuis temporibus hmodi carnes quecunq; animalium, vsui humano necessariorum, seu valentium et idoneorum adducere et mactare, vendereq; et emere in loco publico pro hmodi venditione aut emptione specialiter deputato aut deputando, vigore morem et consuetudinem aliarum Civitatum, et signanter Civitatis nre Casimirien, vigore Cracovien, site, vbi hmodi fora libera de jure et consuetudine sunt instituta atq; tenta, salvis tamen juribus et solutionibus vestris hmodi foro libero annexis solitis et institutis. In cuius rei testimonium sigillum nrum presentibus est appensum. Datum Cracovie feria tercia proxima post festum Sancti Petri ad vincula. Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto presentibus venerandissimo in Christo patre dno Ludovico Regis archiepo Leopolien. Necnon magnificis et Generosis Dobeslao de Coroswanky palatino Lublinien, Petro de eadem Coroswanky, regni nostri thesaurario et capitaneo Cracovien, Joanne de Podlodow Zarnowsky Petro Myszkowsky vicecancellario, castellanis, Nicolao de Thanczyn gladifero Cracovien, et alijs fidelibus consiliarijs dignitariis et curiensibus vris testibus circa premissa. Datum per manus venerabilis Gregorij de Lubranz scarbimirien et Sancti Floriani in Clepardz ecclesiarum prepositi, regni nri vicecancellarij dilectionis nobis dilecti. Velo eiusdem venerabilis Gregorij de Lubranz regni Polonie vicecancellarij. Quibus quidem literis nos diligenter inspectis, annuentes supplicationi prefati

Generosi Nicolai Cikowsky Castellani Polaniecen, et advocati hereditarij Tachynen, ipsas emptiones et Transumpti mandamus decernen et volen, ut hinc presenti Transumpto sue exemplo, plena fides adhibeatur, in omnibus et singulis locis quibus fuerit opportunum, ipsumq transumptum nren perinde fidem faciat et illi stetur, ac si originales ipse hec exhiberentur. Harum quibus sigillum nrum est appensum testimonio literarum. Actum et Datum in Conventione generali pijsdzkowiensi, feria tercia proxima, ante festum purificationis gloriosissime dne matris virginis Marie, Anno dni Millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Regni nri Anno xix°

Petrus Episc et
Vicecancell sscr.

Visa per me Stanislaum Orzechowsky

Decretum pro Incolis Oppidi Plonsko

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis, quia cum varie et frequentes querele subditorum nostrorum incolarum oppidi nri Plonsko, de Nobilibus Barbara Zielenska molendinatricis molendinorum equini braseo molendi et alterius aquatici ny flumio plona post curiam servus idem oppidum consistentium contra Generosum Joannem Lassotzky heredem de Glewo eiusdem oppidi nri tenutarium de iuribus granarum ibus, et oppressionibus, quibus se ab eo asserebant ad nos deferebantur, quas etiam antea, nonnullis commissarijs nostris commiseramus in Curia nra audiendas iterumq prefatj subditi nri contra tenutarium predictum de ijsdem iuribus et granarum ibus ut prius questi essent, Nos cupientes tandem fieri ordinationem firmam de omnibus discordijs inter eos subortis exhibitis partis vtriusq propositis et responsis ac privilegijs

Ciuilibus et molendinatricib⁹ pdicte, diligenter ꝛeuiſib⁹ ordina-
tionem infrascriptam temporibus perpetuis duraturã p parte
vtraq; firmiter obſeruandã ſcimus decreto iro regio media-
ñ primis quia oppidani pdicti queſti ſunt. gd tenutarius ſpdi-
ctus ſtrẽgeret eos ad ſoluendum ſibi ratione contributionis
Ciuilis ochoss mucñpate quadraginta sexagenas pecuniarum
monete et numẽri polonicalis. pretendens id ſibi licere vigore
decreti prioris. quo finit decretum, vt pecunia in regno recepti-
bilis omnes prouentus eidem ſoluerentur, ac propterea gd
ſoluere noluerunt ipſos ni curia ſua in vinculis coniecerat
et diebus aliquot durissime detinuerat, Decernimus, ex quo
in decreto iro priori non est expressum. quo numero soluere debeat
huiusmodi contributionem. sed duntaxat de moneta factum est
decretum. et oppidani ostenderunt. quietancias antiquas
quibus docuerunt se duntaxat soluisse triginta sexagenas
numeri polonici nimirum duobus fertonibus. que constituunt. qua-
draginta sexagenas solidorum similiter sine duobus fertonibꝫ
vt dimidius annis singulis soluant eidem Tenutario et
suis successoribus triginta sexagenas numeri et monete
polonicalis nimirum duobus fertonibus, mixta consuetudine
retro obseruatam, et quoniam decem sexagenas anno pxto
ab illis extorsit vltra antiquas quietancias, quas illis merito
restituere deberet, tamen de gratia nra specialj decernimus
vt duntaxat mediẽtatem illarum hoc est quinq; sexagenas
eisdem restituat, et ad rationem triginta sexageniarum anno
proxime futuro sibi soluendarum computet, et cõmuneret,
similiter etiam census ex agris solui consuetos, mixta tenore
priuilegij oppidi spdicti ab illis exigiat, et omnes alios pro-
uentus a Cutoribus, figulis, pannitonsore, et aljs quibusuis
iurubus eiusdem oppidi, mixta antiquam consuetudinem,
moneta et numero solito solidorum recipere debebit, nec poterit
illos stringere ad alium modum soluendj contrariũ pmissis
decreto, Quicquid vero ab ipsis ꝛeceperit vltra dispositionem
priuilegij et antiquam consuetudinem tenebitur mediatatem
omnium vltra equitatem recepti cum hijs a quibus recepit restituere

Quandocunqz autem proconsul vel quicunqz alius oppidanus
demerserit penam carceris debebit mitti in carcerem civilem
et non in carcerem turris. Nolumus cuiusz privilegio ipsis con-
cesso in aliquo derogare. Statuimus insuper quia tenutarius pre-
dictus accipere poterit a qualibet coctura subtractione cervisie
ante dominicam. Exstragesime Anno domini Millesimo
Quingentesimo vigesimo quinto Regni vri decimo nono.

Petrus Epus et
vicecancell Pst.

Ito reverend ref.

Confirmatio testamento legatoy. per Margaretā Ciué Hrubiessovien. pro Fratribus Conuentus S. Dominici Hrubiesovien

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium vniuersis
Quia exhibite sunt coram nobis littere pro parte Prioris et Conuen
fratrum ordinis predicatorum sancti Dominici Monasterij Hrubie
schovien tenoris infrascripti. Supplicatumq; fuit nobis per nonnullos
Commissarios nros, vt easdem vras auctoritate vra regia,
approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Quarumquid
littrarum ipse tenor sequitur et est talis. Nos Joannes dei
gratia Epus Cholmen. significamus tenore presentium
quibus expedit vniuersis presentibus et futuris, Quomodo

Honesta margaretha felicis recordationis relicta Georgij civis
hrubeschowiensis. chelmnen diocesis. licet egra corpore sana
tamen mente in sua vltima voluntate fecit et condidit, suum
irrevocabile Testamentum. Legauitq; et testata est pro hona-
sterio sancti Nicolai, et eius priore, protunc duo Andrea
fratre ordinis p̄dicatorum fr̄z ciuitatem hrubieschowiensi
vnam marcam pecunie vsualis in regno polonie communiter
decurrentis. et vnum laxidem de cepo lignato de macella
carnificum sua percipere singulis annis in civm, que macella
est sita in eadem ciuitate hrubieschow in medio circuli hor
in perpetuum duo Andree et sui successoribus donando, ratione
cuius legationis idem duus Andreas prior, et sui successores
priores, qui pro tempore fuerint vigilias cum exequijs
singulis annis in quibuslibet quatuor temporibus, pro salute
anime dicte margarethe tenebuntur decantare, que idem dus
Andreas, vsq; ad tempora vite sue continuabit, vigilias decan-
tando et censum predictum percipiendo. Mortuo vero p̄dicto
Andrea priore et prioratu vacante, cantus p̄dictarum
vigiliarum est obmissus; tandem providus Stephanus san-
ctejecki civis hrubieschowiensis maritus filie margarethe
defuncte predicte tanquam executor Testamenti predicti,
condolens saluti anime dicte margarethe cupiens sue adiens
dum plebanum hrubieschowiensem, rogauit ipsum, vt p̄dictas
vigilias et exequias compleret, ad tempus tam diu quousq;
prior in monasterio p̄dicto constitueretur, ne salus predicte
anime per hanc negligenciam impediretur, et ob laborem tale
censum predictum leuiat, ad que facienda idem plebanus licet
se obliganerat, tamen non perfecit, nec perficere curauit
quia duobus annis minime complenit. Stephanus vero
prelibatus tanquam executor et amicus p̄dicte margarethe
vt p̄dictum Testamentum, staret firmum et p nos ratifi-
caretur, ne salus negligatur anime p̄dicte coram nobis oppares
petiuit hoc per vras patentes vras. honorabili ac religiosi
fratri duo petro priori sepe dicti monasterij attributi et mor
porari, sed quia idem duus Stephanus istis temporibus est p̄sb
non modicis defectibus, quod non possit tantam donationem tolle-
rare petiuit eandem sibi minorari. Nos vero Epus prelibatus

taliter hoc Testamentum confirmamus et confirmamus
statuentes per presentes, q singulis quatuor temporibus
annatim perpetualiter singulis annis idem Stephanus teneb-
bitur solvere et dare obligat est ratione Testamenti sd'ti
per 6 ex grossos pecunie vsual et medium lapidem de sepo
lignato diuisim coniunctim vero per medium marcam, et
medium lapidem de sepo annatim solvat dno Petro priori
dicto et suis sequaribus cuiuscunis temporibus, et idem
dnus Petrus et sui sequaces vigilias et exequias in quibus
libet quatuor temporibus singulis annis et perpetuis tempo
ribus tenebuntur decantare dicte anime Margarethe pro
salute et peccaminum suorum redemptione, In cuius rei
testimonium presentes nras ratificationis bras per Notarium
publicum infrascriptum scribi ac sigillo meo fecimus comm-
uniri Acta et Data in Grubeschow, Anno domini Millesimo
quadringentesimo vigesimo septimo Indictione ix pontt
ficatus in christo patris et dni nostri dni Eugenij diuina pro
videncia pape quarti anno primo Octavo Augusti die xxo
hora terciarum vel quasi in Monasterio Sancti Nicolai sdicto
presentibus honorabilibus et discretis viris Petro Pecti
de Sandomiria, Swyantoslao artinum Baccalario notarijs nris
et Nobilibus petro dicto Szamodaij et Joanne Szenijszkij
Diocesis Chelmen et alijs pluribus testibus circa premissa
Subscriptio vero Notarij in eisdem bris erat talis, et ego
Swantoslaus olim Stanislai de Chothow Clericus Gnesnen
Diocesis publicus imperiali auctoritate Notarius sdicte
ratificationi et alijs sdictis dnm se vt prefertur agerentur
et fierent, presentibus Reverend patrem dnum Epum Chelmen
Ideoq hoc negocium manu propria conscripsi, et in hanc
formam publicam redegi, Signoq vsitato Requisitus
huic subappendendum me subscripsi Signo et nomine meis
solitis consignani in fidem et testimonium omnium premissor
rogatus et requisitus. Quas quidem bras sic confectas, omniaq
et singula in eis contenta, et presertim ordinationem
de censu pecuniario et cera pro sepfato Monasterio Lubija
scowiensi in illis factam, Nos Sigismundus rex Polonie

predictus, ratam et gratam ac rata et grata habentes
in illaq quantum nostra interest, consencientes auctoritate
nostra regia approbamus et confirmamus, approbamus
musq et confirmamus, ac robur firmuy obtinere decernimus
Et insuper cupientes pronentus prebicti Monasterij Zubie-
schowien pro meliori statu et sustentacione fratrum, duo
Deo in illo servientium auctoritate, dedimus, donamus, et
incorporamus eidem Monasterio et fratribus ipsius, da-
musq donamus et incorporamus harum serie tenorum
decimam manipularem omnis grani et seminis post sodum
tantummodo ville Slazge ad castrum dictum Zubieschowiey
pertinentis quam consecuti sumus a Venerabili Philareto Vlá-
dica Chelmien, ritus greci ex permutacione pro villa nostra
regali Buszyn ad castrum Chelmien spectante, eandemq
decimam immunitati ecclesiastice assribendam admittimus, per
eosdem fratres tenendam, habendam, quietq possidendam
percipiend et utifruendam, et in usus eorum beneplacitos
convertendam perpetuis temporibus et in eum. In cuius
rei testimonium sigillum nrm est presentibus appensum Actum
et Datum in Conventu generali Pyotrkovien die sancte Scholá-
stice virginis. Anno domini Millesimo quingentesimo vige-
simo quinto. Regni nostri anno decimo Nono

Petrus Epus et
Viceancell mpt

Visto monerem ut sup

Decretum inter Gnosos olim Nicolaum Chelmsky et Nicolaum Morsky
sone summæ octingentorum Florenorum.

Sigismundus &c. Significamus tenore presentium quibus expe-
dit universis harum noticiam habituris, Quia dum actis juridica
inter Generosos olim Nicolaum Chelmsky ex una, et Nicolaum
Gorsky dum viveret parte ab altera in castren Cracovien
Judicio pro octingentis florenis sume principalis, per sodictum
Nicolaum Gorsky Generosi Zophie de Thanczin consorti
olim Generosi Nicolai Slaboss in actis castri Cracovien

inscripte et demum mortificate, ac iteratis coram regia maiestate
remissitate, et per eandem Generosam Sophiam Slaboschowa
predictare anne de Thanczin Ducisse rathiboriens condescense
et per eandem Ducissam predicto Generoso Nicolao Chelmsky
similiter condescense, ac deinde predicto Nicolao Chelmsky vita
functo ad prolem ipsius videlicet Venerabilem et Generosos
Julianum canonicum Cracovien, Joannem ac Marcianum de
Chelm fratres germanos devolute, post mortem vero predicti
Nicolai Morski omnia onera ipsius ad filiam suam Nobilem
Hedwigim Morska heredem ipsius similiter sunt devoluta,
pro quibus quidem octingentis florenis cum principalibus
ac pro aliis octingentis florenis vadii, inter predictos Nicolaum
Morski et Nicolaum Chelmsky ac consequenter inter prolem
Morum predictam actio juridica, in judicio Castrens Cracovien
longo tempore ventilabatur, et demum ex eodem judicio ad nos
fuisset remissa. Nos vero causam predictam pro octingentis
florenis cum principalibus predicte, et pro ducentis florenis
vadii preter rathe, ac pro sexingentis florenis similiter
vadii secunde tercie et quarte rathe verten, ad Cracoviam
generalem prefatam, extunc proxime futuram distule
ramus, prout per indicium prefate Castrens Cracovien predicte
partes ad eandem Cracoviam generalem fuerunt remisse
Nos vero in Cracovia iuti constituti habito consilio
Consiliariorum nrorum ad presens nobiscum existentium, an
videlicet in tali casu minorennes possent habere dilacionem
de jure ad annos discretionis, volentes lite finem impo-
nere, decrevimus decernimusque, prefati decreto nostro
regio. Quia predicta Hedwigis filia predicti Nicolai Morski
tam pro summa principali octingentorum florenorum quam
pro summa aliorum octingentorum florenorum vadii specifice
et diffuse, pro rathis in nra declaratione expressis et contentis
juxta nra declaracionem predicti Nicolai Morski patris sui latius
canentem satisfacere debet predictis germanis de Chelm
iuti decreto nro mediante. Ibidemque coram Maiestate nra
regia personaliter constitutus Generosus Andreas Morski
tutor ac patruus predicte Hedwigis nolens admittere predicta

365. Hedwigim vlterius in jure dammistrazi nec maiora per lucra
super vsa hedwigi et bonis eius per eosdem germanos Chelmsky
prodducere, eiusdem hedwigis tutoris nomine dedit et admisit
eisdem intromissionem realem et actualem in bona hereditaria predicte hedwigis vigta inscriptionem capitalem
lacius disponentem ac vigta vsus prodnctionem, decretag
presentia per quemcunqz ministerialem illius terre in
qua bona eius consistunt, vigta eiusdem terre consuetudine
consummandum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum
presentibus est appensum. Act et dat Pjótrkowie
in Comentu generali feria quarta proxima post festum
sancte scholastice virginis. Anno domini Millesimo quin-
gentesimo vigesimo quinto Regni vri anno decimo Nono.

Petrus Comes et
Poiscanelli ssz.

Rlo venerend dc.

Condescensio eiusdem summa et perlucronum Andree Morsky per
Johannem et Marcianum filios Nicolai Chelmsky.

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium quibus expe-
dit vniuersis. Quia constituti personaliter coram nobis
venerabilis et Generosi Julianus canonicus racovien. ac
Joannes et Marcianus germani de Chelm filij Generosi
olim Nicolai Chelmsky publice et per expressum recogno-
verunt, quia omne jus sum quod vsus ex decreto vro
regio super octingentos florenos omne principalis et
super alios octingentos florenos vadij vigta inscriptionem
capitalem per olim Generosum Nicolaum Chorsky, Gene-
rose Zophie de Thanczin consorti olim Generosi Nicolai
Chaboski facte ac in actis Castri Racovien inscripte et mor-
tificate, demum coram Maiestate vra regia renunciate
ac vigta inscriptiones condescensionum per eandem Zophiam
Hecclare anie de Thanczin Ducisse Rathiboriens, et tan-
per ipsam quam de Thanczin Generosi Nicolao Chelmsky

factas, et successive post mortem dicti Nicolai Chelmski
ad filios ipsius predictos Juliannm canonicum Joannem
et marcianum germanos jure naturalis successionis deno-
lutionis denolutis, eisdemq3 per nos et judicium nostrum
adjudicatis, in toto cum omnibus pertinentiis Generoso
andree morski pro octingentis florenis tunc capitalis
ac pro sexaginta florenis ratione impensarum et vadio-
rum luitorum in toto condescenderent, ac omne jus sum-
quod ipsis ad summas predictas, quomodolibet competit
super eundem andream transfunderunt tenutam bonorum
nobilis hedwigis filie Generosi olim Nicolai morski
ipsis in summis predictis adjudicatam, dimittendo et de ipsa
condescendendo, juxta inscriptionem capitalem ipsius Nico-
lai morski reminiscitatam, ac juxta inscriptiones condescen-
sionum cum omnibus pertinentiis, ac juxta decretum nrm
cedunt condescendunt, ac in ipsum andream omne jus
sum infundunt, tenore presentium litterarum, per ipsum
andream morski bona predicta octingentorum sexaginta
florenorum tenenda, habenda, usq3 ad totalem solutionem
eorundem octingentorum florenorum ac sexaginta flore-
norum, et cum eadem tricione prout soli tenuerunt
et habuerunt, dando sibi realem intromissionem cum effectu
per ministerialem predictarum illius tre in bona predicte
Hedwigis juxta terre consuetudinem consumandam. Harum
testimonio litterarum quibus in fidem sigillum nrm est
appensum. Acta et Data Piotrkonie in Conventu gene
rali feria secunda proxima ante festum sancti valen
tini martiris. Anno domini millesimo quingentesimo
vigesimo quinto. Regni nri anno decimo Nono.

Petrus Episcopus et
Vicecancellarius

Ad relationem

Litere pro Juliano Chelmski

Debitis

Sigismundus etc Significamus tenore presentium quibus
expedit universis, quia comparens personaliter coram nostre
Maiestatis presentia Generosus andreas Morski de morsko

et bladow heres, recedendo a jure et tra suis Caromey et
districtibus quibuscunq; et se libere jurisditioni ure xpti
incorporando pmbtit et per expressum recognouit, quia
venerabli et Generosis Jutiano Canonico Caromen Joannis
et Hartmo Chelmschym germanis indiuisis octingentos et
sexaginta florenos pecunie communis polonicalis per trigita
grossos gramslib et computando, certi et lignidi debiti, tenetur
et pmtibus se obligat ad duas rathas, hoc est sexaginta flo'
renos pro dominica Letare proxime futura, octingentos vero
florenos pro festo Natiuitatis christi proximo solueze et com'
plere, et coram actis Castri uri Caromen effectualiter depo'
nere, Casu autem quo, pro quocunq; tempore, quacunq; rata
prefatam non soluerit aut soluere neglexerit, extunc pdcti
Chelmschij protestacionem dnm facient coram actis pdctis
castrensibus Caromen, tunc pfatus Andreas Morschj vadiu
octingentorum et sexaginta florenorum prefatorum pdcis ger'
manis succumbet ad soluendum, quod vadium in essencialem
summam conuertetur, cuius summe essencialis, iam fiet summa
Mille septingenti et viginti florenj. In qua quidem totali summa
in Crastino cormedem temporum pro quocunq; tempore non
soluerit rathan prefatam tenebitur pmtibusq; se obligat pdcis
germanis dare realem intromissionem, et pacificam possessio'
nem in omnia bona sua hereditaria, et obligatoria in Ter Caro'
men, et Sandomirien consistent, videlicet bladow Syedlischa,
et alia quemis, et vbicunq; habita per ministerialem quecunq;
sibi pdcti Chelmschij elegerunt, etiam sine alicuius additione
officij, et data pdcis intromissione et pacifica possessione,
debet et tenebitur pdcis tueri, et defendere, ac eliberare, indemnes
q; reddere, ita qd pfata bona pacifice et quiete, ab omni impe'
tione, quarumcunq; personarum possit tenere et possidere,
nec plus pdcis quomis modo minuiri, qui bona tenebunt habebit
et possidebunt, modo obligatorio, ni pfatis mille octingentis
et viginti florenis a prefatis temporibus dominica letare,
et festo Natiuitatis christi proxime venture, vel pocius ab
acceptacione possessionis, ad alios festum natiuitatis domini
proxime venturum, et a festo Natiuitatis christi proxime ventur
ad alios annis se segnentibus, usq; ad plenaria solutionem, cum

cum omni jure et proprietate, ac cum omnibus vtilitatibus
ex eisdem bonis predictis prouenientibus, nichil excipiendo,
Et tenebitur dictus Andreas Zyorski predictos Chelmskie,
occasione premissorum, tueri defendere, et eliberare, ipsisq;
liberam intromissionem dare sub vadio mille septingentorum
et viginti florenorum renatorum. Quod si tueri defendere,
et eliberare ac intromissionem dare noluerit aut neglexerit
vel in rebus bonis per se vel submissas personas, quouis
modo impediatur fuerit, et se occasione premissorum, pro predicto
vadio citari permiserit, vel sui successores permiserint, extunc
vij primo termino parere tenebitur, et tenebuntur, et in
illo termino, tueri, emunire, eliberare bonaq; predicta pacifi-
care ab omnibus personis, prout ad aliquam personam pre-
scriptio pertinet. Quod si in predicto termino non fecerit, seu facere
neglexerit, aut iniuriam si quid intulerit resarcire nollet,
extunc in eodem termino, pro predicto vadio satisfacere tenebitur
et tenebuntur, nulla re exquisita, nec dolore excogitato, neq; iudi-
cialiter nec extra judicialiter, terminum predictum differendo
neq; quomodolibet ipsis, vel eorum successores pro predicto vadio
quadem, quod vadium debet conuerti in summam essencialem
sine principalem, sine corporali juramento, nec quicquam sibi
contra ipsos, aut eorum successores recipiendo in auxilium sub
amissione rei de cause. nichilominus soluto vadio presenti obli-
gationi, et in ea contentis, satisfacere eisdem Chelmskijs, et
eorum successoribus tenebitur et tenebuntur, tociens, quociens
ipsis, et eorum successoribus opus fuerit, et se sub eodem vadio
submisit, filium suum Nobilem Ignatium ala Zegotha Zyorskij ad
consentiendum puti inscriptioni super reformatione matrie
sue ij eo spectand adducere ad acta nostra regalia Racovien
ad primos nros terminos regales pro quo eorum vadio spe-
ciater citatus, ita satisfacere et respondere tenebitur, prout
superius descriptum est. Que omnia et singula commissa, nos
rata, et grata habentes, auctoritate nra approbauimus, et
confirmauimus, approbamusq; et confirmamus ac robur fir-
mum habere decreuimus, tenore putimus mediante, Quibus
ij testimonium sigillum nrum est appensum. Actum et Datum ij Co-
ventu generali Piotrkouiensi feria sexta proxima ante festum
sancti Valentini Anno dni M° D° xxvto. regni decimo nono.

Stanislaus Varsevicius Archid.

269 Confirmatio decreti Comissarialis super Camera Jnciſoria seu pannciolio in oppi' do Casimijerz apud Cracoviam ſito p20 Margaretha Foxowa

igiſmundus etc. Significamus tenore pntium vniuersis, Quia cum causa que inter honestam Margarethan Foxowa de Casimiria et prouidum Paulum Braſcatorem de Cracouia ratione pannicidij seu camere nicisdzie in Comitatu Casimirien sitte vertebatur ad nos per appellationem pzefate Margarethe Foxowa esset devoluta, Nos alijs ocuris et negocijs maioribus rejpublice districti de eadem causa cognoscere et determinare comode non valentes. Comiseramus illius cognitionem et diffinitionem Generoso et famatis Venceslao Boner burgrabio Cracovien, Vrecen, Vaystinen, et in officij Cziagni procuratorio et Jupparum nrarum Cracovien Administratori, Joanni Czimerman, Stanislao Czipsar Consulibus, et Caspari Crisztyer advocato Cracovien, qui Comissionem nram exequentes, remissis ambarum partium propositionibus et responsis, ac litis et munimentis illarum alijsq documentis in rotulo vjsuis causa debite mature expensis, et hujusmodi cause positione plene cognita sententiam hanc in ea vjsa causa protulerunt, et pronulgauerunt, cuius tenor sequitur et est talis Ex quo Paulus Braſcatar de Cracouia stans personaliter in termino hodierno sibi ex terminis precedentibus limitato, Cuius limitationem vjxta acta nostra esse dicit, et ceteros precedentes exspexit, approbandoq in ziſditionem nri judicij, postulauit sibi legi Commissionem Regie Maiestatis que ad vjsas postulata est lecta, post cuius lectionem pars vjsius aduersa vigore Commissionis eiusdem procedebat, contra eam cum literis, per vjsam reposicio, que similiter sibi lecte sunt Contra quasquidem literas dictus Paulus Braſcator, quoq literas suas produxit, sibiq legi postulauit, que et lecte sunt, Post quarum quidem literarum lectionem vjse partes sepfate, sententia interlocutoriam ad quesita vjsarum postulauerunt, ac se eiq ferende litem vtrique contestando, jurisdictionemque tali Commissioni in toto approbando submiserunt, Que sententia lata est,

Qua audita dictus Paulus brasiator, stimole ac temerarie
a judicio discessit, negz parere vltra curauit, contumaciamqz
exinde incidit; post cuius temerariam discessum ac contuma-
ciam Nos mandatis et bne maiestatis regie commissioni paren
aperto cause processu rotulo et eodem debite examinato, discus
somnibusqz in eo ad plenum remissis decreuimus honestam dnam
Margaretham Foxowa proximiorem seu propinquiorem esse ad pau
cidictum sibi vt juris est ritte et iuxta juris formam resignatum
Cuius resignationem juridicam sufficienter in tempore comproba
uit, illudqz iuste et legittime possidet. Q. processu Paulum bra
siatorem suis stipulationibus narratis, et multis verbis, multo docu
mento autentico comprobatis et deductis, eundem a talibus pos
sione et juridica ac hereditaria resignatione regrimere posse.
Et ex eo sententiam juris Casimirien tangz iustam approba
mus ratificamus et confirmamus, sententiad autem juris
diocesani Castri Cadonien. que a jure progressum non habet
cassamus annichilamus et reprobamus de forma juris Ju
quorum omnium fidem ac euidens testimonium sigilla mea dubiq
sunt subimpressa. Quam quidem sententiam recensentes; Nos
considerantes, esse iusticie et equitati ac Juri Magdeburgen
consonam illam ad petitionem processate Margarethe Foxowa
autoritate mea regia approbauimus, ratificauimus, et confir
mauimus, approbamusqz, ratificamus, et confirmamus, ac robur
debite firmitatis illam habere decernimus tenore pntium
mediante. Vobis igitur procuratoribus et consulibus, ac aduocato et
scabinis totiqz officio Ciuili Ciuitatis mee Casimirien processate Jo
hannis vt eandem sententiam processatam commissariam meam, ac
nos confirmatam debite executioni demandare curetis et demade
relinquentes dictam Margarethan Foxowa circa dicti pauperis
seu Camere Jurisdictionis, quietam et pacificam possessionem et alia
que juris fuerint facientes, Harum testimonio literarum quibus
sigillum meum est appensum. Dat. et Datum in Conuentione
generali pyotrskowien feria secunda proxima ante festum sancti
Valentini Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo
quinto. Regni mei anno decimo Nono:

Ita reuerendus dnus Petrus de Nowicze
cadomien et posnanien etc. et R. p. vicecancell

Fora Oppidi Trampkÿ

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam. Consuevit principum auctoritas actus singulos perpetuo duraturos literarum monumentis perhennare, proinde nos Sigismundus dei gra vnd
Polonie terrarumq; Cracovien, Sandomirien, Siradien, Lancicien
Cuiavieq; Magnus dux Lithuanie, Russie, Prussieq; Masovien, Elbingen
et Pomeranie dnus et heres, Significamus tenore presentium uni'
versis, Quia nos annuen, supplicationibus quorundam Consilia'
riorum nostrorum pro Nobili Barbara Trambska, ac Stanislao
et Luca eius filijs heredibus de Oppido Trampkÿ nobis factis
cupientesq; vt hoc ipsum oppidum Trampkÿ illorum hereditarium
nainus capiat incrementum indicenda et instituenda in eo du'
ximus, indicimusq; et instituimus tenore presentium mediante.
vnum septimanale forum singulis dominicis et septimanis, cele'
brandum, et duo annalia fora vnum videlicet pro festo visitationis
Domine nostre sancte Marie in mense Julio celebrari solito, et
aliud pro festo omnium sanctorum singulis annis agenda et se'
quentanda, pro institutisq; haberi volumus et decernimus, citra
tamen aliarum Civitatum et oppidorum in vicinia circumquaq;
consistentium, preiudicium et detrimentum. Ita qd omnes et singuli
homines cuius vtriusq; conditionis status et conditionis existat
ad hoc ipsum oppidum Trampkÿ pro foris sodictis confluere
possint temporibus prenominatis, causa emendi et vendendi
merces, pro mercibus permutandi et alia negotiationis genera
exercendi. Venientesq; in accedendo, et recedendo nostra et sui'
orum hominum securitate et libertate gaudeant, nisi tales
sint, quos leges et jura fori nouerc non permittunt, et quibus pro'
borum hominum consortia merito denegande sunt. In cuius rei
testimonium sigillum nrm est ostibus appensum. Datum in Con'
ventione generali Piotrkowien die sancti Valentini Anno
domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto Regni nri
decimo nono. Presentibus vt supra, in cuius rei supra fora oppidi
Piotrkoscÿn. Datis, ut.

Petrus Epus et
Vicecancellarius mp.

Ro reuerendi in chro pris dñi Petri de Thomicze
Cracovien et Posnanien epi et R. p vicecancellarij

Consensus datus Victorino Podfilipsky ad eximendam villam Hlebow

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium universis quibus expedit. Quia nos admodum reverendum quorundam consiliarioru nostrorum pro generoso Victorino Podfilipsky subundire cupientes, consensimus et admisimus ei quod possit redimere sortem ville Hlebow in districtu Camenecensi site, de manibus nobilis Jacobi Podfilipsky nepotis sui in summa pecuniarum in predicta sorte ville Hlebow iuste et legittime inscripta circa tamen augmentum et excessum illius, consentimusq; et admittimus pactibus per ipsum Victorinum Podfilipsky eandem sortem ville predicte, cum omni jure dominio et proprietate ad eandem pertinentibus, cum universis et singulis pertinenciis earundem, originalium desuper legittime confectarum et emanatarum, tenend, habend utifruend, pacifice et quiete possidend tam diu donec eidem Victorino Podfilipsky, vel successoribus eius legittimis summa huiusmodi in dicta medietate ville predicte iuste et ut premittur et legittime inscripta fuerit per nos aut successores nostros plenarie et ex toto persoluta. Quo facto eiusdem sortis ville prenominate possessio ad nos successoresq; nros redibit et devolvetur pleno jure, juribus nris regalibus salvis et remanentibus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Testimonio literarum. Date in Mucentione generali proxima sabbato proximo ante dominicam sextuagesimam. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Regni nri decimo nono.

Petrus Epus et
Vicecancell.

Ad mandatum dni regis
Stanislaus Orzechowski

Donatio domus in Camieniec, post Armenú Valigora profugú in Turciá, Nobili Joanni Orzechowski

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam facta humana quantumcunq; memorabilia facile intereunt

wisse krarum officio fuerint memorie comendata, proinde nos Sigismundus dei gratia rex Polonie Magnus dux Lithuanie necnon terarum Cracovien. Sandomirien. Siradien etc. dnus et heres, Significamus tenore presentium quibus expedit univer-sis et singulis presentibus et futuris harum notitiam habituris. Quia nos animentes explicationibus quorundam consiliariorum nrorum, pro Nobili Joanne Drogoschij de Nyezowa Vicecapitaneo castri nri Camenecen nobis factis habentes ꝙ rationem eius fidelitatum, que illis nobis et Reipublice regni nri exhibet ac ad futura servicia nostra eundem Joannem Drogoschij obligatiorem et propensiorem reddere volentes, ipsi domui et aree arm. Waligora in civitate nra Camenecen. ex regione aree Generosi Petri Hynek de Nocarneraryj Camenecen. in circulo armenorum in acie, eundo de eodem circulo ad castrum in manu sinistra inter vallum et aream desertam armeni Iwaniss versus portam civitatis Ruthenicam dictam ad nos nram ꝙ dispositionem, post fugam dicti armeni Waligora in Thurciam denolutam, dandi donandam, et conferendam, duximus, damusꝙ donamus et conferimus perpetuo bis nris pontibus, cum omni omnimodo jure dominio et proprietate, ita longe late et circumferenciaⁱ prout ad domum et aream sepedictam ab alijs domibus, et arcis nostris est distincta et limitata per ipsum Joannem Drogoschij et ipsius legittimos successores, tenendam, habend, utifruend, pacifice ꝙ et quiete possidendam ac dandam, donandam, committendam, vendendam, alienandam et in suos hæredes successorum suos beneplacitos convertendi. In cuius rei testimonium sigillum nrum est pontibus appensum. Datum et Actum in Camenecz feria quarta proxima post festum Sancti Valentini Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Regni nri decimo Nono. Pontibus et ut supra in confirmatione literarum super Minera Dzyschowska-

Petrus Ejus et
Vicecancellarius Scripsit.

Ad relationem etc

Consensus super eximenda Advocatia in Comm

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis quia nos ad preces quorundam consiliariorum nrorum

Nobili Joanni Lubstowskj Specialem vram gratiam faciens — 374
Sibi Advocatiam vram Cominensem de manibus Nobilis Joannis
Lissowskj redimere consensimus. consentimusq; puntum tenore
mediante, per vosmet Joannem Lubstowskj dictam Advo-
catiam Cominensem vna cum omnibus et singulis vtilitatibq
fructibus, prouentibus, redditibus, vmbus. privilegijs, liber-
tatibus, exemptionibus pertinencijs et obuencionibus gene-
raliter vniuersis nullis exceptis, quibuscunq; nominibus
vncupatis ad eandem Advocatiam Cominensem de jure et
consuetudine spectantibus vxta vim et continencia privi-
legij originalis Advocatie predicte in oppido vro Comin con-
sistentem tenend, habend, vtifruend, pacifice et quiete
possidendum, juribus vris regalibus per omnia salvis,
harum testimonio harum quibus in fidem sigillum nostrum
est appensum. Act et Dat Thorunie in Commencione
generali feria sexta proxima post festum Sancti Valentini
martiris. Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo
quinto, regni vri decimo Nono.

Ad vro reneren dc. vt supra.

Privilegium Molendini in Villa Man thwi ad capitaneatu Jamwla ptinen.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam
Sacra regum et principum maiestas oblivioni hominum cōsuledo
ea que fiunt sub tempore vris commendare instituit, vt in hominum
memoria remanere valeant, proinde nos Sigismundus dei gra
tia rex Polonie dc. necnon tractuum dc. dnus et heres, significa-
mus tenore presentium quibus expedit vniuersis presentibus et
futuris, quia nos annuentes supplicationibus quorundam
Consiliariorum vrorum, pro fidelibus Alberto Dzierzek ha Sole-
dinatore molendini vri in bonis vris Manthwi in flumine
Drothosh constructi nobis factis, habentesq; commendatam fide
et industriam vestras, ac benignam rationem expensarum
et laborum, quos hactenus circa edificia ejusd Molendini
hactenus impendit, illum, in dicto Molendino seu illius

tercia q̃uensura seorsum reddere volentes, quo sciret ipse
quid ex eodem q̃olendino percipere et etiam nobis sustinere
qualiane onera obire et sustinere debeat, illi hoc presenti
priuilegio nro demo illi concesso, terciam partem seu q̃uen-
suram omnium et singulorum emolimentorum cuiuslibet
grani seu frumenti ex eo proueniendum, dedimus et donavi
mus damusq̃ et donamus per presentes, pro nobis vero et
nris successoribus duas partes seu mensuras dictorum
omnium et singulorum emolimentorum perpetuo reseruan-
tes Damus insuper prenominato Alberto q̃olendinario eiusq̃
successoribus legittimis et assignamus tenore presentium
mediante pro eo comodiori eorum sustentacione agrum,
hortos et piscinas ad idem q̃olendinum ab antiquo
pertinen excepto tamen agro sodij nri regalis, quem
ex censu colit et possidet, ea lege, vt cum sepedictum mo-
lendinum propter vetustatem collabi, aut ex alio quouis
eventu destrui seu consumi ac instaurari debeo colligerit
nos et successores nri seu capitaneus Jiminiladz rey
pro sua restauratione seu nona constructione expensas
subministrare, carpentariosq̃ ordinare, q̃olendinator
vero ipse cum illis laborare debebit, ac antiqua edifica
pro suis q̃olendini et aggerem eius reficere et reparare tene-
bitur, quandocunq̃ autem et quocienscunq̃ dictum q̃olen-
dinum ferramentis, durillis ferreis, lapidibus molaribus
ligno et alijs rebus ac instrumentis, sine quibus subsistere
non posset, tunc pro illis comparandis et emendis nos
et successores nri seu capitanei pro tempore existentes
duas partes pecunie sostabunt. Ipse vero q̃olendinator sepedictus
et sui successores terciam partem contribuent. In quo quid
q̃olendino seu pro sua tercia mensura Triginta marcas pen-
niarum monete et numeri regni nri consueti, quadraginta
orto grossos vt quamlibet marcam computando sepefato Alberto
q̃olendinatori, et eius legittimis successoribus vt prenominato
q̃olendino inscribendas duximus, et scribimus per presentes
eidem Albertum q̃olendinatorem eiusq̃ successo-
res prenominatum q̃olendinum seu vsus tercia q̃uema
cum omni jure dominio et proprietate iuxta vim et tenore

+ cum libera prestatione qualcunq̃ in fluuio Mathsse dicto +

huius priuilegij perpetuis temporibus et in eum tenend habend, obseruand, quietq et pacifice possidend, et de eo successorumq eorum consensu dand donand commutand vendend, alienand, et in vsus suos beneplacitos conuertend prout eidem Alberto et eius successoribus legittime melius et vtilius videbitur expedire. In cuius rei testimonium sigillum nrm presentibus est appensum Actum et Datum in Cmento generali Pyotrkouien feria sexta proxima post festum sancti Valentini Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, regni nostri decimo Nono. Presentibus, Reuerendissimo ac Reuerendo in chro patribus dnis Joanne de Lasko archiepo Gneznen ac Legato nato et primate. Petro Dhonwijzky Caronien et posnanien eccl et regni nri vicecancellario Mathia de Drzewwijza wladislavien Raphaele de Leschno ploscen Andrea krzizky premislien Jacobo de Buczacz chelmen, et Laurentio Gyedzilesky Camenecen eccl nrum nuncien Magnificis, Venerabilibus et Generosis Nicolao de Dambrowwijza Castellano Caronien Cristophoro de Schidlowwiez palatino et Capitaneo Caronien et regni nri Cancellario Andrea de Dangin Gandavirien, Stanislao de Costzielecz Calissien, Jaroslao de Lasko Gniadien, Andrea de Gorow Juniwladislavien, Otta de Chodecz vrsorie generali, Joanne Bochothnigki de Oleschnijza Lubliney Andrea de Kisstrze ploscen Andrea de Cettno narven palatinis, Luca de Gorka Castellano posnanien et Capitaneo maioris polonie generali Nicolao de Schidlowwiez Gandavirien et regni nri Thesaurario Venceslao de Ostrorogk Calissien, Joanne Comite de Tharnow wojnicien Vincentio Gwidona de Schamotthuli Gneznen Jacobo de Drzewanb Gniadien, Jannussio Gwijerzewoski vislicien Georgio Crinoski de Orzechow Leopolien. Adam de Drzewwijza Radomirien Stō de Gorowa Sarnowien Castellanis Stō de Chodecz Marschalco regni nri, et Leopolien Capitaneo Petro Curnista de Wissnijze Marschalco Curie nre, Joanne Lubgalsky Gneznen Cant. posnanien et Lancicien, Joanne Carnkowsky Gnesnen Stanislao Gorecky Calissien, Prepositis, et Custode ploscen, Joanne Choienski Cant, Joanne Gorsky posnanien archidiaconis Nicolao Zamoyzky Gandavirien Bernardo de Wapowsky Caronien Cantoribus, Stō Carlo Canonico Cant, Silvestro Ozarowsky Gnesnen Custode nro et Zamichostien Capitulis, et aliis q plurimis Dignitariis officialibus et aliis nris fidelibus circa premissa fide dignis, sinceris et fidelibus nris dilectis, Datis p manus prefati Reuerendi in chro patris dni dni Petri Epi Cant et posnanien et regni nri vicecancellarij sinistre nobis dilecti.

Acta erunt Anno et die vt supra.

377 — Conseruatio Generosi Stanislai Domaraczkÿ et consortis ipsius in aduocatia oppidi Jaslo

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium vniuersis. Quia nos annuentes supplicationibus quorundam consiliariorum nostrorum pro Generoso Stanislao Domaraczkÿ de Domarad hereditario oppidi vtri Jaslo et anna vxore ipsius legitima filia generosi Nicolai Bal de Succamenczÿ fidelem nobis dilectum, eosdem Stanislaum Domaraczkÿ et Annam coniuges in tenuta et possessione aduocatie jaslen[sis] predicte relinquendos et conseruandos duximus, relinquimusq[ue] et conseruamus tenore presentium mediante, ad tempora vite ipsorum exterminia promittentes verbo vro regio pro nobis et vris successoribus, q[uo]d ipsos vel eorum alterum viuentibus eandem aduocatiam de manibus ipsorum nemini eximere permittemus, nec consentiemus successoresq[ue] vri non consentient nec permittent, sed neq[ue] nos ipsi illos seu eorum alterum de dicta aduocatia redimemus vrique successores non rediment. Qui quidem Stanislaus Domaraczkÿ et Anna coniuges possessam aduocatiam in Jaslo, vigore vrarum et cuiuslibet priuilegÿ et vrarum originalium de ipso iuste et legittime emanatarum tenebunt habebunt quiete et pacifice possidebunt eaq[ue] vtifruentur, iuribus vris regalibus saluis semper in eadem aduocacia remanentibus. In cuius testimonio vrarum quibus sigillum vrum est appensum. Dat[um] in Conuentu generali piotrkouien[si] feria sexta proxima post festum sancti Valentini. Anno dni Millesimo quingentesimo vigesimo quinto, regni vri anno decimo nono.

Petrus Episc et Vicecancell[arius]

Ad mandatum dni regis

Priuilegium Generosi Nicolai de Dyszyce

Super balneo illi donato sub Arce Plocen circa vistulam sito.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus dei gratia rex Polonie etc. necnon terrarum Cracovie Sandomirie dux dominus et heres, significamus tenore presentium quibus expedit universis et singulis, quod nos et futuris harum noticiam habituris, Quia cum edocti essemus per Generosum Nicolaum de Nyszice Castellanum Cracovien et capitaneum Plocen. qd balneum olim sub arce illa Plocen prope flumen Vistule situm, a longo tempore ab terminos desertacionis esset redactum, et ad nostram dispositionem devolutum, ex quo certus Census annus ad eandem arcem nostram Plocensem provenire solitus, propterea non solvebatur, cumplacuisset qz nobis id Generoso Nicolao de Nyszice, vt balneum sepedictum suis proprijs impensis instaurare et denuo construere ei permitteremus, id qz illi cum tota eius area ex speciali gratia nostra regia perpetuo donare et ab omni censu, et gravi alio provenitu castrensi eximere et absolvere dignaremur. Nos habentes in prospectu merita prefati Nicolai de Nyszice capitanei nri Plocen et maiorum suorum de nobis et predecessoribus nostris et republica regni nri quibus se nobis non vulgariter commendatos reddiderunt, volentes qz ad futuram ura et reipublice servitia, eundem Nicolaum efficere obligatiorem, eius explicationi annuendum, illis qz balneum prenominatum sub arce Plocen situm, cum eius tota area, prout intra fines et terminos suos ab antiquo termino continetur, De assensu Consiliarium nostrorum in presenti Comitiis generali congregatorum, dare et donandum duximus, damus qz et donamus, ac ab omni censu et provenitu nro successorumqz nrorum et Castri nri Plocen ab omnique onere civili liberum et immune facimus suis nris penitus per dictum Generosum Nicolaum de Nyszice et ipsius legittimos successores balneum sepefatum cum eius tota area, cum omni jure, dominio et proprietate, nichil prorsus juris dominij aut proprietatis in eodem balneo nobis successoribusqz nostris reservando perpetuo et in cuius tenendum

habendum, retinendum, quietq; et pacifice possidendum, pro
anno censu lecandum et alio modo pro suo arbitrio dispone
ac causam ipsam, et alios proventus ex illo ad usum sui pro-
prium tollendum et percipiendum, necnon cum eodem jure
et immunitate, dandum, donandum, vendendum, commutandum
alienandum, et in usus suos beneplacitos convertendum, prout
eidem Nicolao et eius successoribus legittimis melius et utili-
ius videbitur expedire Consensu uro vel successorum uroꝝ
ad hoc minime requisito, Ea tamen lege et loco census ex
prenominato Balneo prius solui ad ipsam arcem Plotensis
solito. Capitanei eiusdem arcis pro tempore existentes, et
eorum familiares una cum tota familia Castren habeant
libertatem in eodem balneo lauandi, absq; quauis solutione
aut exactione pro illorum locione seu balneatione perpetuis
temporibus et in eum. In cuius rei testimonium sigillum
nostrum est pretibus appensum. Dat et Dat in Commen-
tione generali Sigismundi feria sexta proxima post
festum sancti valentini Anno domini millesimo quin-
gentesimo vigesimo quinto. regni uri decimo nono Iuxtaq;
et tenora ui Privilegii super Golendino ui Thaurini

Petrus Episc etc
Vice Cancell. Mgt

Ita reperitur ad
Decretū ex parte uillæ Chorupnik in di
strictu Crasnostauien consistēn. vēst quod
sit hæreditaria, et non Regalis

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium universis
quia exhibite sunt coram nobis, pro parte Nobilium Pauli
Konyvesski et Sophie consortis eius de chorupnik hre Gen
rosorum Stanislai de Zolkiew iudicis Chelmen. et Euph-
nerary Belsen. et fratris de Zamoscze Tribuni Belsen
commissariorum uorum processum et decretum illorum in
causa vertente inter eosdem Paulum Conyvesski et Sophiam
Coniuges et Generosum Stanislaum Ozyenizki vexillifer
Chelmen vertebatur ratione juris Bonorum et hereditatum

ad que idem stanislaus bzyczyzky vexillifer ꝓfatos
comites predictos tanq̃ vasallos suos ad servitia sua strigere
et cogere nitebatur. in se continentes Edictorum Commissorio
sigillis appendentibus communite, exhibitarumq̃ est nobis
vt easdem lras, ac omnia et singula in eis contenta autho-
ritate nra regia approbare ratificare et confirmare digna
remur, Quarum quidem lrarum tenor sequitur et est
talis, Stanislaus de Zolkyew judex Chelmen Custrane
varmis belsen. felix de Zamoschie tribunus Belzen. Commis
sarij per sacram Maiestatem regiam partibus infrascripto
dati et deputati, Significamus tenore presentium quibus
expedit vniversis. Quomodo oblate sunt nobis lre Commissionis
sacre maiestatis regie domini nostri clementissimi, pro parte
Nobilis pauli Conjrosskij et Zophie consortis eius de chorzyow
gnas cum ea gna decuit reverentia suscepimus. quarum
tenor erat talis. Sigismundus dei gratia rex polonie,
magnus dux Lithuanie rossie, prussieq̃ etc. domus et
hered. Generosis stanislao de Zolkyew judici Chelmensi
et felici de Zamoschie tribuno belsen fidelibus dilectis
gratiam nram. Generosi fideles nri dilecti. Questus est
coram nobis Nobilis paulus Conjrosskij de chorzyczyk. quomodo
Generosus stanislaus bzyczyzky vexillifer chelmen. volens
pro se usurpare jurisdictionem siue superioritatem ville
chorzyczyk compelleret eum ad servitia sibi facienda, asseren
eum esse vasallum suum. Ipse autem paulus Conjrosskij. alle
gabat coram nobis q̃d ad talia facienda non teneretur, nec
esse jurisdictionis ipsius. sed esset terrigena noster subditus
jure et privilegio Nobilitatis totius regni nri. Igitur nos
audita ipsius pauli Conjrosskij de chorzyczyk querela et alle
gatione, volumusq̃ eum quemq̃ in jure et justitia sua
conservari, vobis de quorum integritate et jurisperitia confi
dimus eius rei viditurum decisurum et examen committimus
punctos mandantes, vt certo die et tempore competenti vna
cum dictis vocatisq̃ ad sui puncta partibus vocandis. huius
Commissionis nre vigore examinatis clarum propositionibus. dedu
ctionibus allegationibus et responsis, visisq̃ visa rum partium
juribus, id quod equum et justum in premissis cognoveritis, vtra
partium fauen. sed solum Deum et justitiam. habentes pre oculis

haben ſyner gno conſcientias veſtras oneramus, decernatis
et quitquid nr̄i xremiſis decreneritis facite a xartibus vtriſq;
firmiter et inviolabiliter obſeruary decreto veſtro juſto mediay
et ſecus non facturi xro gratia nra. Dat. Cracouie feria tercia
xroxima ante feſtum ſancte hedwigis. Anno domini Mille°
quingenteſimo vigeſimo quarto Regni vero nr̄i decimo octauo ꝛc.
Nos itaq; Commiſſarij xrefati deſcenden ad oppidum Chaſſnyſtaw
in omnib⁹ bo iſtcictu xrefata bona Chorzowſkie exiſtent, vocatis
et xartibus quarum intererat citatione ſumote ſcientie vica
Craky videliet Generoſum Stanislaum de Szyenyszka vexilli-
fero Chelmen vna cum generoſa Barbara conſorte ſua
tandem in termino xro nob⁹ xrefixo xartibus xrefatis xparebity
xredictus xanlus Conyroſky, vna cum conſorte ſua Zophia
nominibus xroposuit contra Generoſum Stanislaum Szye-
nyszky vexilliferum Chelmen et Barbaram conſortem ſuam
quomodo vellet ſibi vendicare jurisdictionem ſue ſuperiori-
tatem ville Chorzowſky xrefatorum xanli Conyroſky
et Zophie conſortis ſue hereditarie, compellereteq; eos arto-
res ad ſeruitia ſibi facienda aſſerentes eum eſſe vaſallum
ſuum, allegante xrefato xanlo Conyroſky. qd xrefata villa
Chorzowſky eſſet xpatrum hereditas libera, et ex coru fide-
reſſoribus et qd eſſent terrigene regie Mtis ſubditi gau-
dentes jure et xrivilegio tocius Nobilitatis regni noſtri
et qd anteceſſores eorum et xrecipue Zophie conſortis
xredicti xanli heredes de xfata Chorzowſky nichil debebat
cuiquam alteri, tantummodo regie Mtati ſeruitia bellice
expeditionis ac non alia onera tantummodo ea que Nobilitas
tocius regni tenetur, quod xrobare teſtibus fidedignis, aut
xroxrijs juramentis vt quantum eis de jure decretum fuerit
vtitendebant, xredicto Stanislao Szyenyszky citato ſuo et
conſortis ſue nominibus reſpondente allegante eq; quomodo
xrefati Nobiles de Chorzowſky et eorum anteceſſores ſui
ſubditi et vaſalli xpatrum a diuturnis temporibus et qd
ſeruiebant et alia onera ſubibant, xrede reſpondens xfate
Barbare Szyenyszka, videliret dnus regis quod et obti-
neret ſe xrobaturos lris et alijs documentis, quatid de
jure veneret, aſſerentes eis et non xfatis articulis iniuere
documentum, ſubmittentes ſe vt eodem termino rapponere

bras desuper habitas. cuyer quo et prefati actores asseruerunt
et dum prefatas bras reuocabant extunc vij prefatis bris
originalibus nichil continebatur de prefatis bonis chorzo-
wijk tantummodo in alijs bris. quomodo Joannes rzeschowsky
de certis villis sue domus iij eris universis videlicet Malo-
wiejow, Bjalka, prijaszej rondescendebat. extunc eadem
villa chorzowijk in eisdem specificata est generaliter
cum alijs villis et vasallis. cuyo quo predictus paulus
Conjowsky suo et uxoris sue nominibus replicando dixit
Joannes rzeschowsky non potuit bona chorzowijk cuipiam
resignare, nam ea nunquam habuit neqz aliquid juris in
eisdem, prout constanter bris originalibus sedentorum cita
torum. que sibi competebant, quibus citati voluerunt pro-
bare. et non probauerunt. et possit memoriale dicens. dni
Commissarij. ex quo citati defecerunt in probatione peto
michi decerni probationem tanq actori. quod et pars
citata consensit et nos decreuimus sepefatis actoribus videlicet
paulo Conjowsky cum Zophia consorte sua juxta ordi
testibus nobilibus. qui sedentes eorum naq erant vasall
predecessorum sedentorum citatorum videlicet Stanislaj
Ojcowijzky. et Barbare eius consortis. et prefatus paulus
Conjowsky statim hinc idem 4 plures Nobiles viros, inter
quos sepefatus Stanislaus Ojcowijzky elegit sex. et
statim testificati sunt. qd prefata villa chorzowijk
erat semper jurisditionis regie Maiestatis ad districtum
Cracouiensem pertinens. et quod heredes eiusdem possessores
nulli alteri preter maiestatem regiam seruiebant, tantummodo
seruitium bellicum tempore generalis expeditionis dum vide
licet terra chelmen et districtus Cracouiensis moue
retur et non plus. qui testes voluerunt et parati erant
hoc prout quod testati sunt juramento comprobare, sed
prefatus Stanislaus Ojcowijzky eos non admisit ad jura
mentum. imo simplex testimonium illorum suscepit absq ju
ramento. Vos itaq Commissarij sepefati visis evidentijs te
stimonio sedentorum pauli Conjowsky et Zophie coniugum
et magis assensu sepefati Stanislai Ojcowijzky suo et suc
consortis nominibus facto decreuimus sepefatos paulum et
Zophiam coniuges esse vere heredes ville chorzowijk et

corum successoribus pacifice possidenda et esse libera perpetuo ab omnibus oneribus et jurisditione quamis sunt et cuperioritate Co dictorum Stanislai Szczenyszky et Barbare consortis sue uxoris predictis Stanislao Szczenyszky et Barbare consortibus pro premissis silentium perpetuum et predictis Paulo et Zophie parem in cuius rei fidem et testimonium sigilla nra nobis sunt subappensa Actum et Datum in Crassnystaw feria sexta proxima ante festum Natiuitatis domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto Quibus venerabili Generoso ac Nobilibus Nicolao de Zamoscie Thesaurario Wolyniensi, prepposito Cantore Sandomiriensi Canonico Cracouien. Sacre Maiestatis regie secretario et Referendario Thoma de Szczyrzyca Dapifero Chelmen. Nicolao Gorayski Stanislao Krowickyszky ceteris q multum fidedignis. Quod quidem decretum Commissariorum nrorum Co dictorum nrorum ac alia omnia et singula in presentibus illorum bus contenta nostris explicationibus pro parte dicti Pauli Conjugis nobis factis animentes in omnibus punctis clausulis articulis approbamus et confirmamus. ac approbamus ratificamus et confirmamus, robur q firmum. hoc presens Decretum ac alia omnia et singula in eisdis bus contenta perpetuo habere decernimus tenore presentium mediante harum testimonio bullarum quibus sigillum nrum est appensum Actum et Datum in Cimentu Pyzdrensi generali feria sexta proxima post festum Sancti Valentini Anno dni millesimo quingentesimo vigesimo quinto regni vri anno decimo nono

Petrus Epus et Vicecancell Sst.

Reto venerend de vtos

Resigno villam Zelaskowo, Nowawies, Mij roska in terra Caluzien, per Nicolaum Potu: licky, Joanni Thomicky

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus etc. Recognoscimus et hereb. significamus

tenore presentium quibus expedit universis quibus et futuris harum noticiam habituris. Quia constitutus coram Maiestate nra regia Generosus Nicolaus Potuliczky de Chodzież non vi dolo adactus, nec aliqua machinatione suggesta circumventus, sed sanus corpore et compos rationis, ac de consilio amicorum suorum matura deliberatione et asserebat intra se prehabita, palam publice et per expressum recognovit, et fassus est, quia in hereditatum Zelaskowo Nowawieś et Mirosko, in terra Calissien et districtu Gnesnen consistentium, per fratrem suum germanum Generosum olim Petrum Potuliczky Generoso Joanni de Thomice heredi in jure suo genero suo facte, annis vigore possessionem earundem medietatum villarum idem Joannes fuerat assecutus, ac ipsas tenet et possidet hactenus eandem possessionem continuando ultra sexcim annos. Eas ipsas medietates villarum predictarum Zelaskowo Nowawieś et Mirosko ad eundem Nicolaum Potuliczky iure hereditario et successionis naturalis post mortem predicti sui fratris germani Generosi Patri Pothuliczky devolutas prefato Generoso Joanni de Thomice et ipsius legittimis successoribus. Tre mille marcis pecuniarum monete et numeri polonici consueti quadraginta octo grossos marcum in quolibet computando in stricto et resignavit, prout inscribit et resignat perpetuo et in omnibus ratificam et approbando, venditionem per fratrem eius predictum sic ut premissum est factam tenore presentium harum. per eundem Joannem de Thomice et ipsius legittimos successores medietates villarum supra expressas. Cum omni jure dominio et proprietate, ac cum omnibus et singulis illarum utilitatibus censibus redditibus pertinentibus generaliter universis, nullis exclusis quibus cumque nominibus sive vocabulis nuncupatis, et prout hactenus ipse tenuit habuit et possedit nichil juris dominii et proprietatis in predictis medietatibus villarum pro se aut suis successoribus reservando, et nichil excipiendo. Ita tamen longe et circumspective, prout dicte medietates villarum

in suis metis et limitibus existunt, et que admodum ab aliis
villis in vicinia sunt distincte et limitate, tenend. habend.
vtifruend. pacifice et quiete ac dand., donand., alienand., ven-
excipiendo seu reclamando. allegationes cum exceptionibus. appel-
lationibus, et motionibus judicij millas faciendo, pro premissis
et singulis omnibus non curando eundem Nicolaum Cobylenskÿ
et eius successores legittimos litteris regalibus expeditione
bellica. districtibus. terris. territoriis qz suis collegnijs aut coden-
tionibus generalibus, statutis, consuetudinibus regni terre-
stribus. collocutionibus. quocunqz constitutis et regni Landadis
defectibus quibuscunq. presentis, inscriptionis, citationis. codem-
nationis. concitationis. ad satisfaciendum. data, titulo, aut in aliq
puncto progressus juris omissis eidem Nicolao Cobylenskÿ. et suis
successoribus legittimis in contrarium non obstantibus, et nichil
preiudicantibus. nec aliis quibuscunq modis exquisitis sub amissione
sue. et suorum aliorum successorum tocius cause; et quacunqz con-
troversiam juridicam eadem barbara keropathrowjna, cum
suis successoribus aliis occasione premissorum faceret, aut sibi
aliquid in subsidium reciperet pena pijathodzesta. aliad trium
marcarum. et totidem judicio punita, eo facto causam suam, in
toto amittere. et silentium perpetuum habere debet eadem bar-
bara keropathrowjna. et sui alij successores legittimi. Qua quidem

Inscriptionem et recognitionem in modum donationis perpetue coram Maiestate nostra regia facta, et per predictam barbaram Cracopatlywijna recognitam eidem Nicolao Cobijlenskij prefato, et suis posteris, approbau, ratificau, et confirmau duximus approbamusq; et confirmamus ac ratificamus. In omnibus articulis. clausulis et punctis supra descriptis clarius in se expressis robur perpetue firmitatis habituram, valituramq; tenore presentium mediante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Cracovie sabato ante festum sancti Thome. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto. Regni vero nostri anno decimo octauo. Presentibus venerend in chro patribus dnis Petro Thomicziensi Cracovien et posnanien episcopo. et regni nri vicecancellario. Andrea Cricensi premisslien, Laurentio. Mijedzileski Camenecen Epis. Necnon Magnifico venerabilibus et Generosis Nicolao de Schidlowijecz Castellano Sandomirien. et regni nri Thesaurario, ac Radomien Olstinen et Crzepiczen Capitaneo, Stanislao de Spytzwa Zarnowien. et capitaneo Spicznien Nicolao Wolski Rochagowien ac Sanocen et Lanczkoronnien Capitaneo. et magistro Curie reginalis nris. Castellanis, Joanne Lathalski. Gnesnen Cracovien posnanien. et Lanciticien. Joanne Carnkowski Sarbimirien et Canonico Cracovien. Stanislao Gorczki Calissien Custode Plocen. Prepositis. Stanislao Olesnicki Cantore Gnesnen et Canonico Cracovien Secretarijs nostris. Silvestro Ozarowski Contrarotulatore nostro et capitaneo Zawichostien. et Joanne Thurzo de Bzekarzowijcze. Stentore mense nostre. aliisq; quamplurimis dignitarijs et officialibus, ac aulicis nostris testibus ad premissa fidedignis singulis devotis et fidelibus dilectis. Datum per manus prefati Reuerend in chro patris Cracovien et posnanien Epi et regni nostri vicecancellarij Sincere nobis dilecti.

Petrus Epus et vicecancell

Rei eiusdem venerend in chro patris dni dni Petri de Thomicze Cracovien et posnanien episcopi et regni Polonie vicecancellarij

303.

Venditio ville Schirza

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam
Nos Sigismundus etc. necnon tractum etc. Dux et Heres Dignifi-
camus tenore presentium vniuersis et singulis presentibus
et futuris harum noticiam habituris. Quia coram nobis nostra
regia personaliter constituti Nobiles Paulus Dobroszj de Nawo-
dzize et Joannis Graiowszkj de Graiowo ac Schirzga Heredes
Heredes, renunciantes terris ac terreitoriis et districtibus eorum
quibuscunis libere recognouerunt, Quia totam villam et omnem
hereditatem ipsorum, ac proprietatem tocius ville et hereditatis
Schirzga in terra et districtu Cracouien consistentis, que bona
precedenti inscriptione non donauerunt, cum omni jure et toto
dominio atqz omnibus et vniuersis singulisqz pertinentiis ad
dicta bona tocius ville Schirzga antiquitus quomodolibet
spectantibus, Nichil penitus excipientes, Nec aliquid pro se
ipsis, et eorum successoribus legittimis ibidem reseruantes.
Ita tamen qd generalitas specialitati et specialitas generalitati
in nullo deroget; sed integraliter cum eo animi pleno balbo;
ac illesso jure prout sibi tenuerunt, habuerunt, et possidebant
Generosis Nicolao vicezuppario Wielicien et Alexandro autho
nostro Orzechowszkjem fratribus de Orzechowcze Heredibus et
eorum successoribus legittimis pro quingentis marcis, pecunie
communis monete, numeri polonicalis consueti in totum ven-
diderunt, instripserunt, et indirando alis ostraynijayqz, coram
nobis perpetue resignauerunt, ac realem eis eam nunc dede-
runt intromissionem, tenutam et possessionem actualem per Mini-
sterialem Albertum Dratz de Sub Castro Cracouien per vestra
Maiestatem ad intromittendum additum. per ipsos Orzechowszkje
fratres dicta bona Schirzga vocata eis perpetue vendita, tenen-
dum, habend, vtifruend, vendendum, commutandum, alienandum, donan-
dum, obligandum, et in vsus eorum beneplacitos, prout eis ac eorum post-
eis legittimis melius ac vtilius expedire videbitur libere convert-
endum. et debent predicti paulus Dobroszj. ac Joannes Gra-
iowszkj ac presentibus se et eorum successores obligant. Et

jnscribunt, super bona Narwodzicze, idem paulus dobroszj. ac
alia gremio mobilia et jmobilia per ipsos paulum dobroszj et
joannem Graiowszj in regno nostro, et extra ipsum regnum
nostrum, vbicz eciam posthabita et habenda ambo simul manu
coniuncta et indiuisa quilibet eorum seorsum pro toto insc̄ribunt
so cum eorum posterio eosdem fratres orzechowskie, et ipsorum
successores ratione bonorum. tocius ville ochirza eis venditorum
ab omnibus impedimentis et dampnis quarumlibet personarum
status et gradus vtriusq; scilicet jn et spiritualium, prout ad vna-
quamq; personam attinet prescriptis, nulla prescriptione terrestri
cadendo, ac eciam ab omnibus inscriptionibus super predictis
bonis ochirza inscriptis et inscribendis citacionibus, et contrario-
nibus literalibus. ad satisfaciendum in dicta bona ochirza impor-
tatis. et importandis. reformacionibus ibidem reformatis vel refor-
mandis, per lucratis quocunq; jure arguisctis. et super dictis bonis
ochirza arguirendis. aut alio quocunq; modo factis vel fiendis,
intercedere, tuezi, eliberare, emincere, ac vbicz juxta formam juris
indemnes reddere, et relenare tenebuntur. sub vadio quingentorum
marcarum pecunie communis monete munerz polonicalis emsdet
eisdem orzechowskijem fratribus. et eorum successoribus. ad solue du
succumbendo, et quocienscunq; eosdem orzechowskie fratres et eorum suc-
cessores occasione premissorum bonorum. ochirza eis inscriptorum
et perpetue venditorum. non tuerentur, ac vbicz non intercederet
et non eliberarent, ac indemnes non reddirent, tociens predictum
vadium nad . speciale quingentarum marcarum. pecunie pfatum
ipsos orzechowskijem fratribus et eorum successoribus ad sol-
uendum succumbent. pro quibus quidem vadijs vel vadio pre-
fatis. si ipsi paulus dobroszj. et joannes Graiowszj. aut vnus
ex eis. tanqm ambo cum eorum successoribus occasione premis-
sorum non exeuntorum citare permiserint extunc recedat. a
terris et districtibus ac territorijs eorum quibuscunq; rad
Mte nostra regia, vbicunq; cum curia nostra feliciter constitui
fuerimus. aut in jnditio nostro regali Caronicy terrestri Crac.
et Castrey Capitaneali Caronicy. vel in jnditio Castrey Capi-
taneali Sandomiriey. ac in jnditio Nouecuitatis Corczyn
ostensi capitaneali. ad quodcunq; jus regni nrī cuiuscunq;
terre et districtus, tam terrestre. quy Castrense fuerint Capi

seu vnus ex eis tangy ambo fuerit citatus in eodem jure ad
quod citabuntur seu citabitur; in primo termino tangy in pere-
ptorio parere debent et respondere. ac pro predictis vadijs vel
vadio tocies quocies citabuntur taxatis fieri tenebuntur. seu
vnus ex eis tenebitur, et vltra soluto vadio, tueri, defendere
pacificare eg debent eundem primum terminum, vera vel sim-
plici infirmitatibus non differendo ad vram regiam alter
eos vel eum non excipiend ad manu cõmunem se non trahe do
Jn quo quidem primo termino tangy in peremptorio predicti
fratres orzechowskij cum eorum successoribus pro predicto
vadio quingentarum marcarum pecunie prefatarum pro toto
in ipsorum loco judicialiter condemnare, et post condemna-
tionem in loco factam et executam; nixta nova statuta regni
desuper condita locus cautela executionem per capitaneum
loci et capitaneos terrarum, per brachij nostri regalis vmatione
exequi debent, non enadey eosdem fratres orzechowskij
pro premissis et singulis omnibus literis nostris regalibus
expeditione bellica, districtibus, terris, territorijs, inscriptione
collocuio, aut conuentione generalibus, statutis regni nostri
constitutis et candandis desertibus quibuscug presentis inscrip-
tionis ipsis orzechowskiem et eorum successoribus in contrarium
non obstantibus, nec alijs quibuscunq modis exquisitis, sub amissione
ipsorum tocius cause, Quam quidem inscriptionem venditionem
et resignationem, omniag alia et singula premissa nos rata
et grata habentes, nos approbauimus et confirmauimus, ac
approbamus, et confirmamus, ac robur perpetue firmitatis
habere decreuimus tenore presentium mediante. Jn cuius rei
testimonium sigillum vrum est presentibus apensum. Actum
et Datum Cracouie feria quinta proxima ante dominicam Oculj
Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto, regni vri
decimo Nono. presentibus reuerendissimo, ac Reuerendo in christo
patribus dominis Joanne Archiepo Gnesnen legato nato et pri-
mate petro Carouien et posnanien Epo. ac regni nostri vice-
cancellario. Gathia voladislauien. Raphaele ploceñ. Mauritio
Warmien. Joanne Albrey. Andrea premislien. et Laurecio
Camenecen. necnon Magnificis. venerabilibus et Generosis Chris-
phoro de Schidlowijecz palatino et capitaneo Caromien et regni

nostri Cancellario. Andrea de Thanczin, Candomiriey Jaroslao de Lasko Siradiey Joanne Bochothnijzki Lublinicy Palatinis. Nicolao de Schidlowijecz Candomiriey et regni nostri Thesaurario Joanne Wijezrzienski Plocen Nicolao Wolski Bochaznicy Castellanis. Stis de Chodecz Marschalko regni nostri, et Leopolien Capitaneo. Petro Kmijtha de Wisnijcze Marschalco curie nostre, ac Sandomiriey, Premisliey, et Colen Capitaneo Joanne Lathalski Cracouiey Cracouiey Posnaniey et Lancicien, Joanne Carnkowski Sraribinicziey. Stis Gorczki Calissiey prepositis Custodecz plocen Secretarijs nostris Silnestro Ozarowski, Cancellario nostro, et Joanne Charlo de Szczekarzowijcze Judice regni viri aliisqz quamplurimis dignitarijs officialibus. et aulicis nostris testibus ad premissa fide dignis. Siuere, Venetis. et fidelibus dilectis. Datt per manus prefati Reuerendi in Chro patris Domini Petri Cracouiey et Posnaniey Epi. ac regni nostri Vicecancellarij Siuere nobis dilecti

Die eiusdem mensis &c
ut supra.

Venditio Curie Schirza

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam, Nos Sigismundus Dei gratia necnon terrarum &c. dux et heres. Significamus tenore presentium vniuersis et singulis, harum notitiam habituris. Quia coram maiestate nostra regia personaliter constituti Nobiles paulus Drohoski de Nawodzize, necnon Joannes Sraiowski de Schirza heredes, recedentes a terris districtibus, ac territorijs eorum quibuscunqz libere recognouerunt. Quia totam curiam. et predium in villa Schirza. in terra et districtu Cracouiey sitta cum omnibus agris predialibus, pratis paschuis. siluis siluis, Gajis. et jugeribus. ac pistinis, et piscarijs. hereditarie ad villa Schirza ex antiquo quomodolibet spectantibus. cum omni jure et toto dominio. atqz omnibus proprietatibus ad bona et villa Schirza antiquitus adiacentibus. Nichil penitus excipientes. nec aliqd pro se vendicantes, et eorum successoribus legittimis ibidem residentibus sed plenarie prout sibi tenuerunt. habuerunt. et possidebant. Generosis Nicolao vice Cuppario Wielicziey et Alexadro antiquo

dictis orzechowskijm de orzechowoge heredibus et eorum successo-
ribus legittimis in totum titulo perpetue et irrenocabilis donationis
dederunt donauerunt inscripserunt, ac realem iam exmd intromissio-
nem tenutam et possessionem actualem eis in predicta bona sic vt
premissum est, donata, dederunt per ministerialem Vestrum dras
de orb castro Czaroniey ad intromittendum per Nos nostrum
ad ditum. per ipsos fratres orzechowskije predicta bona in hereditat
bthriga iarentia eis donata. tenend. habend. vtifruend. vendend
commutandum alienandum donandum. obligandum. et in vsus
beneplacitos ipsorum. prout eis et eorum successoribus legittimis
melius vbi vtilius expedire videbitur libere conuertendum.
et debent predicti pantus. dobosky. ac Joannes Czaiowsky. ac pre-
sentibus eos et eorum successores legittimos. super ipsorum bona
omnia mobilia et immobilia per eos in Regno polonie quomodolibet
habita et habenda. ambo simul manu commutta et indiuisa qui-
libet eorum sedesim pro toto presentibus obligant. et inscribunt
predictos fratres orzechowskie et eorum successores legittimos
ratione bonorum predictorum ad villam orzicza pertinentium
eis perpetuo donatorum. ab omnibus impedimentis et damnis
quorumlibet personarum vtriusq. nulla prescriptione
terrestri coadentes. sub damnis terrestribus. intercedere, tuczy
et vbilibet juxta formam juris eliberare, emittere, ac vbiq.
indemnes reddere eisdem orzechowskijm et eorum posteris ad
soluendum succumben. pro quibus damnis terrestribus. presatis
bi se ipsi Pantus dobosky et Joannes Czaiowsky, aut vnus ex eis
tangy ambo, cum eorum successoribus legittimis occasione premisso-
non executorum. citare permiserint. extunc credentes a kreis
et Districtibus eorum quibuscunq coram Mte nostra regia. vbiunq.
feliciter cum curia nostra fuerimus constituti aut in Judicio
nostro regali Czaroniensi. et in Judicio terrestri Czaroniensi. ac
in jure Castrey capitaneali Czaroniey. seu in Judicio terrestri sando
miriey aut Castren capitaneali jure sandomiriey. vel in Judicio
Nove Ciuitatis korczin Castrensi capitaneali. aut ad quodcunq jus
Regni nostri tam terrestri quy castren de quibuscunq bonis. in qui-
buscunq terris et districtibus. regni nostri habitis citati fuerint
seu vnus citatus ex eis tangy ambo fuerit in eodem Judicio in
primo termino tangy peremptorio comparere debent et respondere

ac pro predictis dampnis terre stribus satisfacere tenebuntur. Eundem primum terminum vera vel simplici infirmitatibus non differendo ad maiestatem vram regiam eos vel vnum ex eis non reclamando ad manum coniunctam, se non trahentes, nec aliunde vbicunq; existentes pro premissis et singulis omnibus non enadendo. ipsos Orzechowskie fratres prefatos et eorum successores hoc regalibq; suis expeditione bellica districtibus terris territorijs colloquio aut conventione generalibus, prescriptione defectu aliquo presentis instrumenti ipsis statibus orzechowskijus in contrarium no obstantibus. Nec alijs quibuscunq; modis excogitatis, sub amissione eorum tocius cause. Quam quidem inscriptionem donationis bonorum predictorum. Coram vte nostra recognitam et factam. approbandam duximus, approbamus. ac robur firmitatis perpetue habere decernimus tenore presentium mediante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est patibus appensum. Actum et datum Cracovie feria quinta proxima ante dominicam oculi. Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto. regni nostri anno decimonono.

Concordia de pace, inter Regnum Poloniæ et Cruciferos facta.

adta

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam
Omnium rerum que sempiterne sunt future, nulla certior firmitudo excogitari potest. q̃ ea que sit literarum monimentis prodita memorie posteritatis, cetera enim facta humana, quantumcunq; memorabilia. alijs modis q̃ literis eternitati consecrata, aliquot quidem seculorum decursu durare possunt. que vero literarum officio memorie mandantur nunq̃ intereunt, ipsa q̃

309

vetustate finit angustiora. Nos itaq; Sigismundus dei gratia rex Polonie magnus dux Lithuanie, necnon terrarum Chamonie, Samdomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie Russie, ac omnium terrarum prussie pomeraniaq; etc. dnus et hereds. Manifestum facimus vniuersis. Quia cum acta essent plurima bella, inter predecessores nostros Reges et regnum polonie, ac Magistros et ordinem dicte Sancte Marie Theutonicorum, in Prussia, de proprietate ipsarum terrarum Prussie certantes, eaq; non penitus extincta cum inter nos et illustrem dnm Albertum Marchionem Brandeburgen, et Magistrum ipsius ordinis recrudnissent, cum magno reipublice Christiane incomodo et detrimento, proindeq; et omnium pontifex, et Cesarea Matas. Seremissimusq; Nepos noster, dnus Ludouicus, Hungarie et Bohemie Rex nos ad ineundas quadriennales inducias, et arbitralem cognitionem subeundam, hortati essent, et induxissent qua demum magnis impedimentis non secuta, et tempore inducciarum expirante, venissent ad nos illustres Principes dnus Georgius Marchio Brandeburgen, in Slesia Rathiboriey, Jagendorff in prussia, Stetiney Pomeranie, Cassubarum, Slauorum etc dux, Burgrabius Nurnnbergey et Princeps Rugie, et etc dux. Burgrabius Nurnnbergen, et Princeps Rugie, et fridericus dux Legnicen et Brigen, ac Inferiorius Slesie Capitaneus, necessarij et affines nostri. Charissimi. de pace et concordia stabili ac firma sedulo agentes, tandem post multos tractatus et rationes vtrinq; expensas, ad infrascriptas conditiones et capitula, ipsius pacis et concordie deuenimus. omniaq; et singula condiximus, et vtrinq; firmauimus, in hunc qui sequitur modum.

In nomine sancte et Individue Trinitat amen. Nos Georgius dei gratia Marchio Brandeburgen, in Slesia Rathiboriey, Jagendorff in prussia, Stetiney Pomeranie, Cassubarum, Slauorum etc dux, Burgrabius Nurnnbergey et princeps rugie, et nos fridericus eadem gratia dux Legnicen et Brigen, ac Capitaneus Inferiorius Slesie, Recognoscimus, et significamus omnibus et singulis presentem concordiam seu contractum visuris, audituris siue lecturis. Quia nos ex infrascriptis sequentibus rationibus que nos tangunt Cristianos principes permouerunt, eandem sequentem concordiam et contractum inter Seremissimum et excellentissimum Principem et dnm dnm Sigismundum Regem Polonie ex una, et illustriss principem et dnm dnm albertum Marchionem Brandeburgen Theutonici ordinis generalem prussie Magistrum et eiusdem ordinem militarem terrigenas et ciuitatenses ex altera

ex suc. tuo herede
et predecessore Reges
regni polonie ex
una

partibus concepimus, tractanimus et composuimus, et inprimis id precipue ac potissimum considerantes omnes dissensiones bella contenciones et conflictus inter regiam Mtem et dum Magistrum cinsq terrarum incolas hinc ortas et emanatas esse, eo qd non unus princeps hereditarius omnium trarum prussie gubernator hucusq extitisset dictaq prussia diuersarum precarum capitibus gubernata esset, unde terrarum ipsarum incole permitiosis inteese se bellis et contencionibus digladiabantur, et prelia comouebant, ex quibus magna effusio christiani sanguinis, damnaq et nocumenta incolis orphanis et viduis plurima sunt illata, similiter considerantes, qd prefatus D. Magister frater et auunculus ac consors noster retroactis temporibus quando officio Magisterij fungeretur, multifarias fatigas et labores hucusq subiuit apud omnes status christianorum principum videlicet summos pontifices et Cesaream Mtem, sacrum Romanum Imperium et Electores Imperij, necnon apud nobilitatem germanie eosdemq omnes sepius regnicen operam diligentem impendit, operans eosdem inuigilaturos, quo ipse seditiones, et controuersie ac dissensiones secundum continenciam inscripte perpetue pacis per seremissima Mtem fe. re. kasimiri Regis olim Torunie confecte et iuxta compromissum in proximo quadriennio per cesaree Mtis et regie seremitatis vngarie oratores in presentia sanctissimi domini Leonis pape legati ac Torunie factum componerentur et concordarentur, id tamen ex interuenientibus bellorum motibq et ceteris variis admodum arduis negocijs quibus Cesarea Mtas, et seremissimus dnus Rex hungarie hactenus impliciti ac distracti fuerunt, hucusq impeditum et indiscussum permansit.

Nos tandem considerantes huiusmodi ordinatum optimum compromissum paucis diebus ad finem et terminum vltimum declinare, et vbi negotia indiscussa, permanerent, formidandum esse Regiam Mtem et Regnum Polonie, et Magistrum et terras prussie, iterum ad maiores armorum tumultus, prelia et contenciones ac humani sanguinis effusionem, redituros, in dampnum et iacturam totius christiane Reipublice. Ad precauendum igitur huiusmodi mala et incommoda pariq studio intendentes, quo in futurum perpetua christiana pax inter regiam Mtem et eiusdem Maiestatis heredes successores regni Polonie Reges et inter Magistrum prussie et eiusdem trarum incolas vtriusq interuenire et disponi posset.

Considerantes etiam quia et nup Reuerend dus Statilius prepositus vesprimien Serenissimi Regis Vngarie dñi domini nri clemetiss^mj tanquam dicti compromissi arbitri interuenimus pacis ac missus Orator ad sacram regiam Mtem Polonie ac Magistrum Prussie fratrem et amicum^mj ac Sororiu nostrum, quo se ad concordiam et ipsum contractum per nos factum benenole submitterent, et gracios^e ac benigne eidem consentirent cognouit et regnisuit. Nos tanqm mediatores reconciliatores pacis ex supra scriptis causis et rationibus segnentes articulos quos salubri vie, concordie intendey christianos decentes et idoneos cognouimus, inter regiam Matem et dum Magistrum vtrumq; accedente consensu, ferimus et disposuimus. et pront infra continetur, ordinauimus et constituimus.

Inprimis q̃ omnes dissensiones in his bellis inter Regiam Mtem. dum Magistrum, Duces Masouie, Epos Warmien et Culmens. et ceteros omnes eorumq; subditos exorte. per sequentem transactionem in vniuersum sublate sint, et neutri partium in malo seruiendo imputari debent.

Item q̃ loca, castra, et oppida, cum omnibus attinencijs et pertinencijs in his bellis vtrinq; interepta, cum bombardis maioribus quemadmodum in prima occupatione arcium et oppidorum inuenta sunt restituti. bombarde etiam vncales quas Hockenbuchs vocant eo pacto vt penes modernos officiales restabant, similiter reddi debet Si vero quicqm bombardarum maiorum decesset, debent officiales per juramenta interogari, vt medijs eorum juramentis diuant quid illic inuenerint. Quod autem bombardas in Castro Holand demolito, inuentas attinet, debent sine diminutione ad manus Illustr Marchionis Alberti restitui.

Preterea debent omnes et singuli ex Nobilitate, ciuibus et Colonis omnis promissionis et juramenti, quibus pñtibus bellis, aut citra hec tempora, a suis, ad alienos dnos se contulerunt et obligarunt, liberi et soluti esse, et reputari:

Ceterum qd ad neglecta seruitia attinet, debet a Regia Mte, et duce ex Prussia, illis qui ea neglexerint ex gratia condonari, et bona seu possessiones eorum reddi. Ceterum qd liberis eorum qui condemnati ob perpetratum facinus penas dederunt bona immobilia vtrumq; reddantur, et patris facinus honori puerorum nichil noceat, nec apud quempiam in aliquo preiudicet.

5 Item debet Regia Mtas illis de Neumarckt, similiter Marchio Alberto gilgenburgen et hocusteinensibus, necnon omnibus ciuitatibus ecclesiasticis et secularibus, Nobilibus et plebeis, vtriusq; partis subditis qd ex timore defecerint parcere et condonare, qd nulla indignatione reminisci, nec cuiquam vt hoc vindicet, permittere, sed ex clementi voluntate, sub vtriusq; huiusmodi sigillis et literis sententiam ferre qd hoc ipsis et liberis eorum in nullam dehonestationem aut incomodum vergere debeat.

6 Item qd ecclesiarum bona et jurisditionem attinet, debet dux Prussie, ad requisitionem ecclesiarum vnicuiq; justitiam, et christianum ejus et justum est administrare. Ceterum bona reditus, et census sub dicte Prussie siti Episcopum Warmiey vel eosdem ecclesias attinent, debent viisim ex omni parte restitui, si vero dux vel Nobiles seu Curatos, vel alios in ecclesia beneficia collocare vellet, qui hominibus christiane prouiderent eos ejus iuxta antiquam consuetudinem inuestire debet.

7 Item, si possent domini Pontifices constanter docere, qd ecclesia in terris dni Ducis commorantes, secus qm christiani, ac contra, ordinationem et constitutionem vniuersalis sancte Ecclesie christiane se gererent, debet dnus dux vnacum dnis Episcopis inuare vt istiusmodi debita castigatione emendentur.

8 Item si quisq; Ciuium aut rusticorum duos annos ante proxime gestum bellum vsq; adhuc, dno suo se subduxisset, et absq; eius

voluntate aufsugiſſet, repetiti. debent duis ſuis ſine omni medio reſtitui, et eximde nulla partium alterutri ſuos detinere. Qui aut vi ab utraq parte abacti ſunt, hi debent publicis mandati literis ad duos ſuos dirigi seu remitti.

Item debet dnus Albertus Marchio Regie Maieſtati et regno Polonie juramentum vti naturali et hereditario duo ſuo preſtare. et ſe impoſterum erga eius Regiam Mtem in omnibus ſicut principem ſuum erga dnum ſuum hereditarium de jure decet obedientem exhibere. Debet preterea Marchio Georgius ſuo et fratrum ſuorum nomine vexillum contingere, debent ſimiliter Marchiones, Kaſimirus et Joannes ſigillis et bria ſuis intra annum hmi ſchedi contractum agnoſcere et acceptare

Item debet Regia Mtas ex aduerſo Marchioni alberto infraſcriptas terras Ciuitates. caſtra et vicos videlicet teia oppida et Caſtrum konigſberg Lochſteten, wargen Girmaw Pibetten, Rudaw Schocken, Caymey. Creemitten, waldaw. Tapiaw. Taplawken, Narbetten, Juſterburgk. allenburg. Wenſtorw. Gerdauen. Angerburgk. Nordenburg Labiaw, Laukiſchken. Dyſſet, Raugnet. Roſitten, wintbergk. Nymmel, Brandenburgk. Creutzburgk. frydlandt. Domenaw. Barthen, Legenn, Balge, heylige beyhel. Zyntgen. landsbergk, Prewſcheylaw, Barthenſtain Schesten, Saynſſburgk Reyn. Raſtenburgk, Liedk. Johanſſburgk hollandt, Liebſtat. Mohawſſen, Morunge. Paſſenhaym, Ortelſburgk, Oſterode, hegenſtayn, Neydenburgk Soldaw. Ilgenburgk Schipenbeyhel, Newtſtheylaw. Preuſthemargk. Lybemull. Salfeldt. Ryſſenburgk. Marienwerder. Tyrenbergk, Labtaw, Schonbergk. Borwunden. Jorgenburgk, Reſenbergk. Gardenſche, Newhawſk freyenſtadt, Solaw. Wiſchhawſſen, Biſthoffwerde. Medenaw tangy duri in Pruſſia in legittimum et hereditarium feudum conferre, et einſtemodi infeudationis tras ab uno fratre ad alium et eorum heredes tangy ſuper indiuiſo feudo, iuxta tenorem traſactionis confiere.

Item ſi quando memorati quatuor principes et Marchiones, Albertus Georgius. Caſimirus Joannes et eorundem legittimi feudi heredes, omnes

sine legittimis feudi heredibus decederent, Tunc et non antea, debet
suprascripte terre Pruscie, ad regiam Maiestatem et regnum
Polonie hereditarie redire et recidere, Si vero filie supercssent,
he debent ducali dotis premia a Regia Mte absolui et promidej. 314

Item Debet Regia Mtas Marchionem Albertum suos heredes et
omnes incolas suprascriptarum trarum pruscie, in omnibus
eorum privilegijs huic transactioni et superiozitati Regie non
repugnantibus conservare, et eos ab iniqua violencia defendere
et manutenere.

Item Debent tam ordinis qm Nobilitatis et Civitatum, predictarum
terrarum pruscie mandatarij nuncij, pro se heredibus et succes-
soribus suis consentire et inscribere, qd se ipsos heredes et succes-
sores suos, post obitum qnatuor predictorum principum, et suorum
legittimorum feudi heredum, ad regiam item et Regnum Polonie
ac ipsius heredes debita fidelitate et subiectione, vt ad eorum
naturalem ac hereditarium dnm et nullum alium tenere debeant
et velint, ita denigz qd Regia Mtas suprascriptas terras prussie
cum aliquo lingnam Germanicam callente, et in eodem duratu
bene possessionato, qui omnia officia administret procurare, debeat,
et si Mtas regia Consiliarios suos deputauerit, qd nobiles et Civi-
tates Ecclias'ci et Seculares omnium ordinum terrarum prussie
duci ex Prussia juramentum prestare debeant, qd tunc ex sin-
gulis districtibus duo ex nobilitate et Civitatibus nomine omnium
aliorum quemadmodum hic presentes se inscripserunt literis
et sigillis suis huiusmodi concordiam recognoscere debebunt, et
cum principi ex Prussia juramentum prestabunt, qd tunc medio
huiusmodi eorum prestito juramento, etiam hanc concordiam
se seruaturos promittant

Item qd Princeps ex Prussia primum et proximum locum in consilijs
terrarum comicijs, et publicis conuentibus apud regiam Matem
habere debet.

Item dñ Princeps ex Prussia heredes et successores princeps ex principatu et tris Prussie predictis nichil vendant; verum, si ad hoc ingruens urgeret necessitas debebunt hoc Regie Mti tanq̃ duo suo hereditario ante annum primo denunciare. Quod si Mtas sua emere nollet, extunc ipse princeps vendendi habeat potestatem, regalibus tamen Mtis Regie feudi et obsequiorum juribus salvis. Et preterea si dux in Prussia urgenti necessitate preueretur, poterit arces et oppida sua vasallis suis locare et impignorare, vt eedem terre vnite et indiuise, qneadmodum nunc sunt permaneant.

Item quod ad obsequium attinet, ex quo terra prussie in magnum detrimentum pervenit, promisit Regia Mtas Marchioni Alberto sex annorum libertatem se ex gratia daturam, vbi autem Regia Mtas et Regnum Polonie a quibuslibet omissis dignitatib ant conditionib illi fuerint occasione hmõi transactionib et decessionib feudi impugnaretur, extunc dux in prussia cum successoribus in propria persona cum omnibus suis subditis pro omnib viribus regiam Mtem etiam intra hoc sex annorum libertatis spacium adiuuare, et illi consulere sit obligatus, similiter Regia Mtas et Regnum Polonie exga autem in Prussia et ipsius terras in hoc casu facere debebit, si autem contingeret qd Regia Mtas aut Regnum Polonie extra hunc contractum ab infidelibus et alb vrgeretur et in propria persona, cum oibus suis subditis in castra prosiciscretur. Tunc dux in prussia cu successoribus suis obligatus esse debet, Regiam Mtem cum ceteris insuetis equis, vsq ad terminos terarum prussie in segui. Si vero dux in Prussia, a Regia Mte vltra fines transire requisitus fuerit, extunc huiusmodi centum equites, in star aliorum Mtis ste equestrium militum regijs stipendijs militare debebunt. Casu autem quo Regia Mtas, vrgenti necessitate, plures q̃m centum equites a duce in prussia educi desiderauet, quotquot centenarium numerum, excesserint a tempore exitus dominiorum suorum, regio stipendio vt sumptuum est militabunt. Si vero in facultate ducis ex prussia non esset plures q̃m centum equites eduendi, non debet propterea Mtas regia vltenius ipsum vrgere.

Item Quod ad jurisditionem inter Regiam Maiestatem et principem prussie attinet, ita obseruandum est, si contingat qd regia Maiestas, principem aut viros principes ipse regiam Maiestatem in causis personas vtriusq; partis concernentibq conuenire vellet, Debet Mtas regia Consiliarios suos Marienburgi aut Elbingi collocare, juramentis quibus sue Mti obnoxij sunt absolnere, et eiusdem ad iuste indicandum obligare. Quicquid tunc a predictis Consiliarijs Regie Mti et principi pronunciatu et decretum fuerit, ratum esse debebit et sine contradictione seruari.

Si vero quispiam de sorte seu conditione principis secularis, aut Ecclesiastici status in prussia, supradictum principem ex prussia super quauis re conuenire pretenderet, debebit Mtas regia ex ex Consiliarijs suis, et principes in prussia totidem ex suis ad judicium, vt premittitur obligare et juramentis astringere Et quicquid ipsi eorum esse decreuerint, et pronunciauerint, ei vtraq; pars acquiescere, et sine vlla tergiuersatione id ratum habere debebit.

Si autem aliquis qui de sorte principum non fuerit, contra duce in prussia quampiam actionem instituere vellet, hoc coram vasallis principis facere debebit, quos princeps ipse collocare, et ad judicium obligare tenebitur Si quis autem occasione hmodi judicium in casibus principis personam attingentibq sibi iniuriam factam, aut se grauatum existimaret esse, poterit ad consiliarios, quos regia Mtas, et dux in prussia, quotiens ad festum sancti Francisci, cum id necessitas exegerit Marienburgum mittere, debebunt, prouocare, qui super ea re cognoscendi potestatem habere debent, Ed si ibi cognitum fuerit appellationem prouocantis frivolam et illicitam esse, debebit pars illa judicio decem marcas pruthenicales ponere, et parti aduerse ad refundendas expensas lites, et ad parendum priori sententie obligata esse.

Si vero actiones emergerent, Incolas terrarum Prussie et earundem possessiones vtrinq; contingentes; vnusquisq; in eo Judicio vbi bona seu possessiones site fuerint, aut reus domicilium habuerit conuenij et ad extranea Judicia trahi non debet

Item Nentzius partis subditi nec etiam eorum bona ex quo in loc ad que spectant justicia obtineri possit in alienis Judicijs arestari aut detineri debent

Item Ad deinceps omnes Incole terrarum Prussie vtrinq; reciproca vicissitudine in terra et mari sine impedimento negociationes exercere, veteribus stratis proficisci, et earundem transire, necnon in privilegijs suis hoc casu permitti debebunt. Ceterum fora in vtilib. contra fas et antiquam consuetudinem Instituta deinceps vtrinq; abolerj, et in Civitates ad quas spectant reponi debebunt.

Item, Ad profundum Balgen ad mare recens Hach et vbicunq; alb profuba, id est ostia maris, fuerint, Capud riste, et omnia flumina omnibus Prussie Incolis, vt in ipsis Navigare et trajicere possint libera sint Et peregrini mercatores nec in konigsberg, nec brannsberg, Elbingen Gedanum, aut in vllam aliam Civitatem proficisci cogantur, sed debent libere non coacte prout ipsis placuerit velificari et navigare attamen sine antiquorum Theloneorum et privilegiorum detrimento.

Item Nulla Thelonea depositiones vel alia gravamina in terris Prussie contra antiquam consuetudinem et privilegia, ab vlla parcium instituj debent, sed vetera Thelonea permanere, Si autem ab alterutra parcium a tempore transactionis Regis Casimiri Thelonea essent instituta, ea quoq; hinc inde abrogari debent, Si vero successu temporis contingeret, qd regia Mtas et similiter Dux in Prussia ad requisitionem vtriusq; subditorum suorum alicubi nova Thelonea aut emporia ad vtilitatem terrarum ipsarum instituere destinarent,

Cunc debet Matas Regia ducem in prussia in locum opportunum vocare et ambe partes super ea re concordandi et transigendi potestatem habere, si etiam amige vel nante hmiusmodi Thelonea preterirent, non debent eis bona adimi, sed tantum Naues. cum eo et equi auferri.

Ceterum ꝙd ad bona naufragantium attinet. debet id cum eisdem secum veterem introductam consuetudinem ex qua idem in Selandia Holandia et Brabantia consuetum est etiam observari, ita tamen ꝙd a Nantis michil plus extorqueatur.

Item Debet vtraq; partium aduersus alteram nec et deincaps publicarum Treatarum predones, fures, et alios terris perniciem inferentes ad recaptandum et prosequendum abstinere, sed qui vnius partis professus hostis est. debet etiam ab altera parte, pro emis diffidato hoste et dampnificatore censeri

Item Quemis partium potestatem habere debet hostes et noxios suos in alterius partis terras persequi et in quibus judicijs appellentur in illis sisti et vicia ipsarum demerita iustificare debet

Item ꝙd dux in prussia et preterea Elbingen. Gedanen. et Cornney omnem monetam cudere abstineant ita ꝙd regia Mtas intra hinc et festum pentecostes sequentis anni diem statuat se ratione monete hmiusmodi clare conferendi,

Item ꝙd dux prussie omnibus priuilegijs et juribus huic contractui repugnantibus, seu ea sint a pontificibus maximis, Imperatoribus principibus, vel Regibus polonie profecta nunc et in perpetuum renunciare, et ea in manus Regie Mtis consignare debet, si autem quicquam in hmiusmodi priuilegijs contineretur. quod huic

transactioni non repugnaret, sed dnci ex prussia, et trib ecclesiae finimy et aliorum jurium et pmilegiorum necessarium esset. debebit mtas regia eiusdem tenoris sub bris et sigillo altis sue ea demo concedere

Item gd Regnum polonie, et terre prussie pro se et corum successoribus sufficienter se inscribere debent. gd hanc institutam transactionem in omnibus suis partibus pnctis et articulis fideliter perpetuo et irrenocabiliter servare, nec vnqm contravenire aut agere debeat aut velint hoc pncto singulariter adiuncto. si casus mortis principum, quos Deus pro sua voluntate conservet, se offerret. gd terre prussie mti Regie et regno polonie et milli alt adherere debent.

Postremo si quisqm eiusmodi dignitatis aut conditionis existeret hanc contractum impugnare vellet, debent tres Marchiones, quos hec concordia pariter contingit, vna cum Duce ex prussia cum omnibus, quos ad hoc permovere poterunt regiam Maiestatem invitare et super hoc respondere.

Hiis suprascripte christiane concordie et vnitati regia mtas polonie et dux prussie, in omnibus articulis, clausulis, conditionibus, pnctis supervenis contentis, regiam ac paternam dignitatem christianamq; bonam fidem perpetuo et fideliter, interponent, inviolabiliter pro se et successore posteritatis corum heredibus successores Reges polonie et Duces prussie ratam et firmam habere et observare polliciti sunt ac promiserunt, pro maiori pretatorum fide et securitate regia mtas, similiter dux prussie, huiusmodi partium concordiam et vnionem manu corum propria subscripserunt et sigilla ipsor nostris ad hereditia subappendi fecerunt, ac huiusmodi contractus hinc litere concordationis siue vnionis sub eodem verborum tenore confecte, vtrique parti vne presentate sunt. Datu et actu Cracovie sabato vigilie palmarum, que fuit octava mensis aprilis. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto:

Nos itaq; de consilio et consensu Consiliarioꝝ nostroꝝ Regni Polonie, omnes et singulos memoratos articulos, vt premittitur, medio prenominatoꝝ illustriuꝫ principuꝫ Georgij Marchionis Brandeburgen et Friderici Ducis Legnicen inter nos et illustrem dnm Albertum Marchionem Brandeburgen Magistrum ac ordinem eius vigoꝛe tractatus, actos, condictos, et conclusos, cum omnibus et singulis eoꝝm punctis, clausulis et contingentijs prout iacent acceptamus, ratificamus approbamus, laudamus, et confirmamus ipsosq; perpetuuꝫ firmitudinis robuꝛ obtinere volumus, promittentes in verbo nostro Regio, ac sub fide boni et Legalis et ingenui principis pro nobis atq; successoꝛibus nostris, Regibus Polonie ac Regno et dominijs nostris, quantum nos et illa concernunt nos omnia suprascripta, in preinsertis huiꝰ atq; articulis conditis et conclusis expressa fiꝛmiter et inviolabiliter obseꝛvare, exequi et adimpleꝛe, neq; illis quoquo modo contraveniꝛe, de jure vel de facto, directe vel indirecte omni dolo et fraude penitus seclusis. In quoꝝm omniuꝫ et singulorum fidem robuꝛ et testimonium premissoꝝm presentes huiꝰ manu nostra propria subscripsimus, illasq; sigillo nostro Regio et Consiliaꝛioꝝ nroꝝm sigillis communiri fecimus. Datꝫ Cracovie die dominico palmaꝝm Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto Regni vero nostri anno decimo Nono. Q.

Presentibus Reuerendissimo et venerend in christo patribus dnis Joanne de Laszko Archiepo Gneznen Legato nato et primate, petro de Thomicze Cracovien et posnanien ac regni nostri Vicecancellario, Mathia Wladislavien, Raphaele Plocen, Mauricio Warmien, Andrea premislien, Joanne Culmen, Jacobo Chelmen, Laurentio Camenecen Epis, ac Magnificis, Generosis, venerabilibus Nobilibus, strenuis ac famatis, Nicolao Thirlej de Danibrowicze Castellano Cracovien exercituꝫ regni nostri Capitaneo generali, Cristophoro de Schidlowicz Palatino et Capitaneo Cracovien Regni nostri Camerario, ac Siradien, Costinien, Nove Ciuitatis Orgin, et Ostrorogien Capitaneo, Andrea de Thomicze Gnesnen, ac Belsen, Chelmen, et Ratgnen Capitaneo, Jaroslao de Laszko Siradien, Andrea de Oporowo Brestien, Georgio de Baysen, Marienburgen et Capit[o] Gnesnen, Georgio de Conopath

pomeranie et Capitaneo Gneczen, Palatinis, Nicolao de Schidlowiecz
Sandomirien Regni nostri Thesaurario, ac Radomien. Zathorien ossrzy-
zimien Capitaneo: Joanne Comite de Tharnow. Wojnicien. Joanne
wiecznwienski Plocen et Capitaneo Brathianen; Joanne de Tharnow
Bydgen et Capitaneo Dilsten. Nicolao Szykowski de Wojslawicze
polanecen et Burgrabio Cracowien. Nicolao Wolski Kochanowicz
Sanocen et Lanczkornnen Capitaneo. ac Sermē Comgis nostre dne
Regine Curie Magistro. Nicolao Rossdzki Bydchowien Lanciciey
et Przedecen Capitaneo. Castellanis. Stanislao de Chodecz Marschalco
regni nostri et Capitaneo Leopolien. Petro kmiitha de Wissliza
Marschalco Curie nostre ac Ceteris. premisliey Capitaneo.
Achacio Czema Succamerario pomeranie, et Capitaneo Schlochowicz.
Joanne Latthalski. Gnesnen, Cracowien, posnanien, et Lancicien.
Joanne Carnkowski Scarbimirien. Stanisło Gorczki Calissien et
custode Plocen. prepositis. Joanne Chojenski Cracowien. Joanne Gor-
skij posnanien. Stanislao Tharło de Ogrodzenczicze Lublinen. Archi-
diaconis. Stanislao de Olesnicza Cantore Gnesnen. Cracouiro Eccle
Cracowien Secretarijs nostris. Nicolao Thomicki prefecto Stabuli
nostri ac Costen. Pisdren. Cominen Capitaneo. Silnestro Ozarowski
Succamerario nostro et Capitaneo Zamichosten. Stanislao de Pilza
Capitaneo Crodecen. Joanne Tharło Structore mense nostre. Simone
Chlewiczki Magistro Cquine nostre. Martino Wolski Thesaurario
Curie nostre et Burgrabio Cracowien. Conrado Hitfeldt proconsule
et Joanne Lyssmann Consule Thorunen. Joanne de Loe Proconsule
et Jacobo Klegewarge Consule. Elbingen. Ebrehardo ferber Cine
Gdanen. Capitaneo Dirschowien. Ceterisq; officialibus. procerib;
et aulicis nostris. Datū per manus prefati Reuerend in christo
patris domini Petri de Thomicze Cracowien et posnanien Epi. ar
Regni nostri vicecancellarij et nostre nobis dilecti:

Concessio ius Feudi, Terrarum Prussiæ, Arcium et Oppidorum
Illri Dno Alberto Marchioni Brandeburgen

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigis-
mundus dei gratia rex polonie magnus dux lithuanie. necnon

terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie Russie
ac omnium terrarum Prussie Pomeranieq3 etc. dominus et heres.
Universis et singulis presentibus et futuris harum seriem inspectu-
ris. Manifestum facimus. Quia cum olim multe et graues contro-
uersie multa et rei Cristiane pernitiosissima bella gesta fuissent
inter predecessores nros reges Polonie, ac Magistros et ordinem di-
ctum Sancte Marie Teutonicorum super proprietate in terris Prus-
Regibus et regno Polonie jure suo hereditario pro viribus tuente
et Magistris ac ordine suis veris et legittimis heredibus et domino
parere recusante atq3 hijs tantis controuersijs tantisq3 bellis co
res deducta fuisset, vt diuino fauore, iustitie Regni nostri opitulante
et pax confecta, et Magistri ac ordo totaq3 ipsorum ditio in subie
ctionem et omagium Regibus et Regno Polonie deuenisset idq3
longissimo tempore tentum et obseruatum esset. Successu vero
temporis noue controuersie de ipsa proprietate, ac demum bellum
inter nos Regnumq3 nostrum, et Illustrem dum Albertum Mar
chionem Brandemburgen Magistrum generalem ac ordinem eius
suscitatum esset, cum maximo Reipublice Cristiane incomodo
et detrimento, Proindeq3 omnium imprimis pontificum videlicet Leo
decimus, Adrianus sextus, ac modernus Clemens septimus
demum inuictissimus Carolus Ro. imperator et hispanie Rex
Catholicus, necnon sacrum Nepos noster dominus Ludouicus Hun
garie et Bohemie Rex, ac plerique Germanie principes summo
studio apud nos egissent de concordia et pace componenda. Que
demq3 concordia, cum medio Illustrium principum dnorum Georgij
Marchionis Brandemburgen in Slesia Ratiboricn. Jegendorff
in Prussia, Stetinien Pomeranie Cassubarum Slauorum etc.
Ducis, Principis Rugie, et Burgrabij Norumbergen, et Feldericj
Ducis Legnicen et Brigen, et Capitanei Insulcioris Slesie tractata
et conclusa esset, venisset q3 ad nos ipse Illustris dnus Albertus
Marchio Brandemburgen, et Magister generalis cum nonnullis mem
bris ordinis et subditis suis, plenam et omnimodam facultatem
ab ordine et vniuersis subditis eius habentibus se nobis vti vero
et legittimo heredi et dno suo, ac terrarum omnium prussie subi-
icientes, ac easdem terras sibi in feudum dari, emixe et supplicites
primum eius consiliarij, proceres et subditi, demum ipse Illustris
dominus Albertus Marchio a nobis petiuisset, declarans se nobis
et reipublice regni nostri hoc pacto nobis magis ex vsu fieri posse
pacemq3 firmiorem futuram. Nos rationem habentes in primis

vtilitatis ipsius reipublice christiane. que in tanta infidelium tempestate, non, nisi pace et concordia inter se christianorum principum seruari potest, demum obandire nolentes. vt postulata sanctis^mi domini. N. Pape. &. regis et catholice actis. ac ser^mi domini Negotii nostri domini Ludowici hungarie et bohemie Regis. aliorumq; principum christianorum. qui hactenus omni^a hanc differentiam et bellum sistere, et componere inter nos studuerunt. ac denique gratificari, et comodare volentes dicto illustri principi domino Alberto Marchioni brandemburgen vti Nepoti nostro ex sorore charissimo. eiusq; domini de anspach animus non gratanter precibus eius illustris et subditorum ipsius illiq; et eius veris masculini generis et legittimis feudi heredibq ex lumbis eius procedentibus. terras ciuitates oppida et arces inscriptas in perpetuum et indimisuum feudum dedimus et concessimus. et ipsum de illis per vexilli nostri traditionem. inuestiuimus, harumq; trauium serie damus et concedimus. videlicet arce konigsbergk cum tribus ciuitatibus. Item arces et oppida Lochstete, wargenn. Gyrmaw. Pubetten. Rudaw schorken. Caymen, remitten, waldaw. Tapiaw, tapiawcken, Narbetten, Insterburgk. allenburgk. wenstorw. Gerdauwen. angerburgk, Norbenburgk. Labiaw-Lawkiszkem tylsset. Ragnet, rositten, rintbergk Mym mel. brandenburgk. Creutzburgk, frijedlandt. domenaw Borthem Letzenn. balge, heylige. beyhel Zijnthen, Landsbergk Preuscheylaw. Bartenstam. scheesten. sayinszburgk Reynn, Rastenburgk. Lieck schanssburgk. hollandt, Liebstat, Molhawssen. nozenige. Passenhaym. ortelszburgk. Osterode. hegenstayn, Neydenburgk. Soldaw ilgenburgk schipenbeyhel, tewtsche tylaw. Preuschemarck. Lysbenuill, salfeldt, Rysszenburgk, Marienwerder, Tyrenbergk Labtaw, schonbergk bowunden, Jorgenburgk. Resenbergk. Gordensche. Newhawss. freyenstadt. solaw. Bischhawssenn, Bischoffswerde. medenaw. cum omnibus et singulis subditis. vasallis functionibus. dominijs. superioritatibus. libertatibus. et juribus. vna cum omnibus arcibus ciuitatibus. foris. villis. mansis. Curijs. molendinis. molendinorum locis. censibus. vectigalibus. redditibus theloneis. sernicijs. feudis spiritualibus et secularibus. lacubus. fluminibus. piscationibus. aquis. aquarum decursibus. ferarum lustris. ferarum meatibus. venationibus. sylvis. nemoribus. pascuis. pratis. actibus. etiam. cum omnibus metallis. que modo sunt. seu in futurum fieri possunt. auro. argento. cupro. stanno. plumbo. et salinis supra et subtus terram. similiter vna cum omnibus et singulis eminencijs. juribus. et pertinencijs eorundem

nullis exceptis, situti cinsmodi terras priores Magistri generales
et idem Ordo habuere, et vsqz ad presens impetrarunt gestum bellum
vsu et fructu tenuerunt in posterum perpetue et hereditarie, in
comune et indiuiduum feudum, tenen- habendas, fruendas, utendas
et possidendas. Vbi vero ipse illustris dnus Albertus Marchio
et dux in prussia sine legittimis masculis fendi heredibus, vel
eius legittimi masculi fendi heredes non relicta prole virili de-
cesserit, extunc supradicte terre, Comitatus, oppida, et arces, in
omni forma et modo, quemadmodum eas supradictus illustris
Albertus Marchio habuit, ad illustrem principem dominum
Georgium Marchionem brandenburgen, et ipsius legittimos
sexus masculini fendi heredes venire et devolui debent. Si
vero etiam Marchio Georgius sine legittimis fendi heredibus
masculis, vel eius heredes post eius obitum sine legittimis ma-
culini generis legittimis fendi heredibus, ex humanis excederet
dicte terre, Comitatus, oppida, et arces, ad illustrem principem do
minum Casimirum et eius masculos fendi heredes, deuiuari re
devolui debent. Si autem predictus Marchio Casimirus, sine prole
masculo fendi herede decederet, aut eius fendi heredes post
ipsius mortem liberos masculos fendi heredes post se non re
linquerent, tunc nominate terre, Comitatus, oppida et arces
in prussia ad illustrem principem dnm Joannem Marchionem
brandenburgen, et eius veros legittimos masculini generis
fendi heredes devolui debent, ita qd dicte terre, Comitatus, oppi
da et arces vbi diuina ordinatione huiusmodi casus futuris
temporibus accideret de fratre in fratrem predictos et eorum
legittimos fendi heredes masculos, cedant ac devoluantur, sine
nostro heredumqz et successorum nostrorum Regum ac Regni
nostri polonie impedimento, ita tamen, vt quociens se obtulerit
eiusmodi casus devolutionis de vno in alium predictos fratres
at eorum legittimos fendi heredes masculos, debebunt illi, et
quisqz eorum debebit, nobis et successoribus nris regibus ac
regno polonie infra tempus debitum ac legittimum, debitam
subiectionem et fendi obligationem, ac omagium prestare, &
si predicti quatuor fratres de dno Ouppach diuina voluntate
sic disponente, sine masculo prole fendi herede legittima ex
lumbis eorum, ordine supra scripto procedente, aut eorum huius
modi proles, similiter sine masculo fendi herede, legittime ex
lumbis eorum procedente, decederet, tunc omnes et singule

ipsius plebani auctoritate mea regia, ita decretum nostrum inter partes predictas et earum complices et segnaces promulgari fecimus et iussimus. Inprimis q̃d vtraq; pars debet esse contenta de sentencia predicta compensationis inimiciarum hincinde per dominum archiepum lata; ac eidem adquiescere, et vt hic omnis et controuersia premissorum occasione in vtroq; iure videlicet tam spirituali q̃m seculari in Chanczijnij patri ipsius plebani et suis complicibus per ipsum Czykoczky et suos filios mota et intentata taceat, et penitus inter eos et eorum complices et segnates extinguatur et sit sumota. Decernend ex nunc irritum et inane si deinceps aliquid scienter vel ignoranter per quempiam contigerit attemptari. Preterea vt plebanus deinceps non impetat eos occasione quing florenorum et pene vallate. ac expensarum ex concordia certa condemnatorum et ipsi Nobiles non molestent deinceps plebanum super condemnata decem florenorum et expensarum occasione certe exclusionis ab ecclia adinbicatorum. q̃ne hincinde compensamus. Postremo ad euitand. inter eos scandala et pericula volumus et mandamus vt plebanus in Stanowyszka permutaret dictu plebanatum infra vnd annum a data p̃rii computan. et vlo vsq; ad festum paschę proxime venturum, et inueniat personam sectum permutare volentem abilem et idoneam. quã Loordinarius duxerit acceptand. Que si eundem plebanum aliter competenter contentare non potuerint Extunc p̃fati patroni in Stanowyszka eidem plebano in pensionem annuam tercie partis fructuum dicte parrochialis necnon in dictam p̃sonam cui ipse plebanus ipsam parrochialem resignare voluerit consentire tenebuntur et debebunt, et interea ipse plebanus debet esse paratus in dicto plebanatu suo, et non potest ipse nec debet in persona sua subditis suis et amicis vebus. pecoribus. pecudibus. supellectile domestica necnon prouentibus et decimis ac alijs vtilitatibus suis et suorum Cmetonum et subditorum per ipsos Nobiles pel eorum alignem. aut eorum familiares vel submissas personas directe vel indirecte quouis quesito colore vel ingenio impediri aut molestari vsq; ad festum paschę proxime venturum. sed omnia et singula sua interea libere potest exportare et decimas decimare. Quas eidem Nobiles p̃fati tam anni p̃tis q̃m preteriti retentas tenebuntur dare vel soluere tanti, quanti ipsas ille medio suo corporali juramento extimauerit coram suo proprio Judice Ecclia to ac omnia et singula premissa obseruare et adimplere cum effectu, et parem inter se hincinde perpetuam habere Datt Varonie die dmica proxima post festum Ste Marci. Anno dñi M°, D°, X X°v to. Regni vero nostri anno decimonono.

Bto Kenczky &c. vt supra.

Diuisio inter Smigielskie, et Vencesla
ú de Ostrorog. vide oppidi Dzialoßice cõmi
lon Dziekanowice, Scsotrkowice, jasdowice
jrzikowice, jakubowice ú

Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis. Quo modo dum ex controuersia et actione dim coram nobis mota inter Generosos Albertum Smigielski vnacum Nepotibus ipsius, Sebastiano et Nicolao. Mathiam Parrlowski cum suis Nepotibus. Nicolao joanne Mathia, petro, Laurencio et Beatha Czmachowska sorore etiam prefati parrlowski. Nicolaum Stanislaum et victorinum Goslupskie, et Margarethan Roszazowska ex vna actores, et Magnificum Venceslaum de Ostrorog Castellanum Calissien tanquã reum partibus ex altera factis primo decretis per nos et judicium nrm in proxime preteritis terminis nris regalibus Cracouien dedissemus diffiniores et judicio nro prefato ad exdiuidendas sortes ppatris actoribus in bonis videlicet oppido Dzialoschicze et villis Chmielow Dziekanowicze, Sczotrkowicze Jasdowicze jrzykowicze, Schijschicze et Jakubowicze iuxta ipsa decreta nostra Cracouien Lacius oblatum actores ipsi prefati coram diuisoribus ipsis ibidem in Chmielow per vtramq partem locatis affectassent. qtõ ipsis exdiuidere sortes in bonis prefatis omnium bonorum mobilium et mobilium et segetum hoc est prefatis Smigielskiem quinta parte, Parrlowskij vero cum Czmachowska decimam. Goslupskiem etiam decimam. et Roszazowska vigesimam. Et adiecto vero prenominatis ostrorok repugnassent dare diuisionem prefatorum bonorum omnium et segetum variis controuersijs prout hoc Lacius continebatur ex controuersia ad nostram Mtem. per dictas sortes prenominatos remissa, prenominati autem actores supplicassent a nobis. qtõ ipsis de remedio iusticie prouideremus per nominato Venceslao Castellano Calissien variis deductionibus se protegenti. Nos perlectis et remissis decretis nris prioribus et controuersijs parcium quas habuerunt coram diuisoribus prenominatis, et per nos expeditis, ita decreuimus qd prenominatis actoribus hoc est Smigielskiem quinta sors omnium bonorum prefatorum oppidi Dzialoschicze et villarum Chmielow Dziekanowicze, Sczodrkowicze, Jasdowicze, Jrzikowicze cum oibg vtilitatibus et prouentibus ac in bonis Schischicze in Czaromien ac Jacubowicze in Sandomicien trib consistentes simul et cum

vegetibus hiemalibus et estimalibus in predijs chmjelow bchijsschige
ac vbilibet existentes vnacum omnibus rebus mobilibus et inmo
bilibus exceptis dumtaxat pecoribus et pecudibus nichil amplig
excipiend exdimidi debet absq; quamis reparatione edificiorum
per eundem ostrorog et olim Magnificum Stanislaum castellanum
Calisschien fratrem ipsius fautorum et constructorum vnacum
sorte quinta tocius thelonei vii vzialoschige receptibilis pratge
presenti et similiter etiam prefatis parvlowskijm cum beatho
Exmachowska decima parte eorundem omnium bonorum cu
omnibus vtilitatibus et prouentibus Thelonco ac vegetibus
omnibus in predijs prefatis nichil excipien preter pecora et pe-
cudes exdimidi debet etiam absq; omni reparatione edificiorum
eodemq; modo prenominatis Coslowskijm decima pars omniu
bonorum prenominatorum mobilium et immobilium et vegetum
vnacum Thelonco: nichil preter pecora excipien exdimidi debet
etiam absq; quamis responsione ratione edificiorum et similiter
prenominatis Margarethe roszrazowska vigesima pars omniu
bonorum prenominatorum mobilium et immobilium et vegetu
vnacum thelonco nichil preter pecora excipien exdimidi debet
absq; omni repositione et solutione ratione edificiorum per eund
ostrorogk, et eius olim prefatum fratrem fautorum et prenu-
minati omnes artores absq; prtia suorum Nepotum sororum
prefatus vero Joannes roszrazowski etiam nomine vxoris
sue Margarethe poterunt et valebunt arreptare dimisionem
omnium bonorum prefatorum. Hac tamen accepta dimisione
debent se hic Cracovie ad acta Castrensia capitanealia Cracu-
viensia inscribere, aut rancionem fidemissoriam facere, quia
pro ratho et grato eorum principales qui nunc sunt absentes
dimisionem habere debent, et debebunt, super thelonco vero
ad idem ostrorogk allegabat. denuo fuisse impetratum et ad-
ctum a nobis per olim Magnificum Stanislaum Calissien ipsius
germanum reservamus actionem ad commentionem proxime ven-
turam generalem pjotrkowien cum prefatis artoribus. sed nunc
possessio et dimisio in eodem thelonco eisdem artoribus dari et
exdimidi debet, ne amplius dicte partes impensis et fatigiis grauet
occasione prefate dimisionis iam ex auctoritate nra regali deputa-
mus et assignamus deputamusq; et assignamus prtibus in
dimisoreb prefatis omnibus partibus tam artoribus q; ipsi Ostro-
rogk vt eo Magnificum et Generosum petrum de Kisnijge Marsalcu
Curie nre ac Cracovien premisshien ac Colensem Capitaneum, et
vrnijn de prawkowijge in Boleslawiecz Capitaneum nrm eisdq;
Comissarijs nris mandamus et committimus. qto feria quinta
proxima post festum Ascensionis domini descendentes ad bona
prefata que dimidi debent. eptem amplius reiectis quibusuis
contronessijs. juridicis aut non juridicis parcimus. sed simpliciter

omnia bona prenominata inter partes prefatas diuidere debent
iuxta decretum et informacionem nostram superius descriptam
et iuxta decreta Judicij vrī regalis Cracouiey preter pecora
et pecudes. Quam diuisionem prenominati diuisores dum fe-
cient extunc ipsam firmabunt vadio competenti mille marcarū
vel prout ipsis protunc videbitur vnacū cautione prenomi-
nata super eadem diuisione certificanda a personis absentib⁹
et etate carentibus pro tempore certo per eosdem diuisores
protunc assignay vra regia auctoritate ab ib arceden. Dat
Cracouię feria tercia proxima ante festum Ascensionis dom̄i
Anno eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Regni
vri anno decimono

Remissio medietatis contributionis Schos Steczconibus Armenis Leopolensibus

Sigismundus etc.

Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis. Quia nos certiores facti Steczcones Armenos nros Leopolien. quozū fidelitatem vti solemnis, ab hostibus meis Thartaris qui anno preterito terras vestras rubbie vastarunt. plurima et grauia damna accepisse ac rebus et mercibus suis spoliatos esse. fratresq; vnum⁹ quemq; amisisse. Volentes conditionem et facultates illorum collapsas gratia et liberalitate nra aliqua in parte relevare, memoria repetentes illos nobis et reipublice regni nri multa grata seruicia sepius prestitisse, remittend et condonand eisdem Steczkonibus duximus medietatem Contributionis publice in preterito Comentu Jesyetkowskiey decrete que Schos vocatur remittimus q; et condonamus gratiose per presentes, ita quod ipsi et eorum quilibet soluta secundum illorum conscientiam absq; corporali juramento, in quo etiam illis gratiam specialem facimus, integra exactione seu Contributione Ciuili que Schos dicitur ad me dietatem reliquam ipsius Ciuibus Exactionis seu Contributionibus soluendam minime teneatur. Vobis itaq; proconsuli et Consulibus Ciuitatis nre Leopolien mandamus, vt postq; ipsi Steczkones arnueni exposuerint secundum eorum conscientiam absq; corporali juramento, vnam integram Contributionem predictam, alteram illius medietatem ab eis non exigatis nec ad eius

solutionem faciendam illos impetlatis, sed conservetis eos in
hac remissione et condonacione nra per nos eis gratiose facta
Pro gracia nra. Harum quibus sigillum nrum est impressum testi-
monio litarum. Datū Cracovie in vigilia ascensionis domini
Anno eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo quinto regni
vero nri anno decimo nono.

Quietatio Gnōsi Jacobi Bothurzinsky de quingentis decem novem Mar.
cis ex contributione districtus Coninen et Kisoren persolutis

Sigismundus etc.

Significamus tenore presentium universis. Quia Generosus Jacobus
Bothorzinsky Tribunus posnanien et exactor noster misit ad
Thesaurum nrum per manus Generosi Andree de Gorka de
publicis exactionibus districtum Coniney et piszrey in tota
summa marcas quingentas decem nonem grossos viginti
quatuor, videlicet de districtu Coniney Contributionis fertonū
marcas Centum octoginta sex cum media, Item Exactionis
similis que echos dicitur eiusdem districtus marcas tredecim
cum media, Item Contributionis Czoporve eiusdem districtu
marcas nonaginta nonem cum media, de districtu vero pis-
drey Contributionis fertonum marcas Centum, Exactionis
similis que echos dicitur marcas sexaginta nonem. Item Con-
tributionis Czoporve marcas quinquaginta unam que Con-
tributiones decrete fuerunt anno proxime preterito. De pre-
fata itaq tota summa quingentarum decem nonem mar-
carum pecunie communis grossis viginti quatuor prefatum
Jacobum Bothurzijuski quitamus et liberum dimittimus.
Harum testimonio litarum quibus sigillum nrum est impressū.
Datū Cracovie feria quarta proxima post festa Pentecostes
Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto regni
vero nri anno decimo nono.

Salvus conductus Illustri Principi Dno Erico Duci Brunsvicen dato

Sigismundus etc.

Significamus tenore presentium universis. Quia nos Illustri principi
Duo Erico Duci Brunsswicen Lunenbergen salvum conductum

nostrum regium et omnimodam facultatem dand et concedend
duximus damusq; et concedimus harum serie tenorum. vt hoc
ipso saluoconductu illius ꝑsone preta per regna et dominia
nra cum familiaribus et comitatu suo vniuersd germania
versus proficisci secure, quiete, pacifice et absq; cuiusuis impe
dimento possit et valeat, personis eqis et rebus eorum omnib
Quocirca vniuersis et singulis subditis nris vbilibet in regno
et dominijs nris constitutis cuiuscunq; dignitatis preeminen
cie status et condicionis existant mandamus etc hunc salu
conductum nrum firmiter teneatis et obseruetis. teneriq;
et obseruari per omnia faciatis. ipsiq; illustri duci tran
seunti reuerentiam et honorem debitum exhibeatis. nec
aliquid contra illum suam aut eius nuncios et familiares
predictos committere aut fieri seu vim aliquam illis vel rebus
ipsorum inferre audeatis nec alicui vestrum audeat sub
grauis indignationis nre. harum quibus sigillum nostrum
est impressum testimonio literarum. Datum Cracouie sabato in
vigilia pentecostes. Anno domini millesimo quingentesimo
vigesimo quinto regni nri anno decimonono.

Petrus Eps de
Vicecancell sigt.

Saluus conductus Michaeli Kester ciui Gedanen datus.

Vniuersis et singulis subditis nris in regno et dominijs nris
vbilibet constitutis cuiuscunq; dignitatis preeminencie
status et condicionis existentibus ad quos ꝑntes lre nre
pervenerint salutem et fidelibus dilectis gratiam regiam.
Cum famatus Michael kester ciuis Gdanen intendat mi
grare ex ciuitate nra Gdanen. cum vxore liberis ac fa
milia bonis et rebus suis omnibus. et fixare domicilium
suum in regno et dominijs nris, aut in magno ducatu nostro
Lithuanie. damus et concedend illi duximus. damusq; et
concedimus ꝑntibus saluumconductum nrum ac plenam et
perfectam securitatem vt vbicunq; ei libuerit in ipso regno
dominijsq; nris et magno ducatu Lithuanie possit se illuc

conferre ibiq; manere morari mercari ac negocia sua disponere libere secure, et absq; cuiusuis hominis cuiusq; status et ordinis fuerit impedimento et molestia. Quapropter mandamus vobis vt hinc datum conductum et securitatem nram firmiter teneatis et obseruetis ac teneri et obseruari faciatis eundemq; Michaelem Kester cum ipsa vxore liberis ac familia bonisq; et rebus suis omnibus secure libere et absq; vllo impedimento ac molestia migrare et domicilium suum vbi illi libuerit fixmare permittatis et permitti faciatis. Pro gratia nra. Harum quibus sigillum nrum est impressum testimonio fraarum. Datum Craconie sabato in vigilia Pentecostes. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Regni nostri anno decimonono.

Donatio duorum quartalium Zoporow. Incolis Oppidi Lubaczow.

Sigismundus etc.

Significamus tenore p̃tium quibus expedit vniuersis. Quia nos compatiens calamitati fidelium oppidi nri Lubaczow quod anno preterito per Thartaros qui ingenti copia irruerunt terras nras vendicie vastarunt totaliter est concremata. Volentes q; eosdem fideles gratia nra, aliqua in parte relenare. Indulgere, et condonare illis duximus expartionem Zoporow duorum quartalium anni p̃tis indulgemusq; et condonamus gratiose per p̃tes, vt hac gratia et condonacione nra adiuti in publicis et priuatis suis facultatibus accipiant incrementum. Quocirca tibi Generoso ——— Borzyłowski expartori terre Belzen mandamus, vt ab ipsis oppidanis nris Lubaczowien expartionem ipsam duorum per duo quartalia anni predicta non exigas. Sed illos in hac remissione et condonacione per nos eis facta conserues et conseruari facias. Pro gratia nra. Datum Craco. vig in vigilia sancte Trinitatis. Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Regni nri anno decimonono.

Sigismundus Rex

Donatio Contributionis Copowe unius quartalis Ciuibus Pilsnen pro reparatione eiusdem Ciuitatis.

Sigismundus etc.

Significamus etc. Quia volentes vt munitio et reparacio Ciuitatis nre Pylsney per Cives illius fieri cepta ad debitam et celerem perfectionem deducatur, dauid et assignand. duximus proconsuli et consulibus eiusd Ciuitatis Pilsney Exactionem Czopowe nobis debitum vnius quartalis anni videlicet currentis ad eamipsam munitionem et reparationem Ciuitatis per eos conuertendam. damusq et assignamus per presentes Quocirca tibi Generoso Martino Lopichowski Exactori terre Sandomiriensis districtus pylsney, mandamus vt eosdem Cives nros Pylsney in hac donacione nra per nos illis facta conseruet, ac proconsules et consules illorum predictos eamipsam exactionem Czopowe vnius quartalis anni libere percipere et ad reparationem et munitionem Ciuitatis conuertere permittas et permitti facias. Pro gratia nostra. Datum Cracouie feria tercia post festum sancte Trinitatis. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto Regni nri anno decimonono.

Salvus Conductus Joanni Hannus Ciui Cracouien datus.

Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis. Quia de certa sciencia et voluntate nra famato Joanni hannus Ciui Cracouien securitatem auctoritate nra Regia statuto Regni in contrarium non obstante, facimus, salvum conductum illi hinc ad festum pentecostes anni millesimi quingentesimi vigesimi sexti exclusiue tribuentes et concedentes, vt sub securitate et immunitate istius nri salviconductus cum Creditoribus suis quibuscunq ac etiam debitoribus libere agat

et componat et negocia sua exerceat Cracovie et in omnibus locis in Regno et dominijs nris, vsq; ad expiracionem hinus nri salvicoductj. Eximimus preterea ipsum hoc nro salvoconductu durante propter debita sua, ab omnimy officialimy mroruy et judicum quorumcuq; spiritualimy et secularimy potestate et omni impedimento, et vt idem Joannes cum vxore liberis famulis et rebus suis omnibus hoc nro salvoconductu munitus et protectus tutus et securus vbiq; permaneat, omnibus et singulis status et condicionis, cuiuscuq; existentibus spiritualibus et secularibus dignitarijs et officialibus tam Castrorum q Civitatuy ac eorum factozibus seu vices gerentibus Mandamus vt ipsum Joannem hanuos sub nra immunitate et salvoconductu existentem fauorabiliter vbiq; tractetis ac ad quarumcuq; personaruy seu Creditoruy eius, instanciam ipsum judicare aut molestare, nullamq; vim directe vel indirecte aut alio quouis modo seu quesito colore. durante huiusmodj salvo Conductu nro inferre presumatis, sed nec inferri a quopiam permittatis, cauq; securitatem a nobis illi datam vbi opus fuerit proclamari faciatis, sic et non aliter facturi. pro gratia nostra volumus autem vt dictus Joannes vigore hujus nri salvicoductj excipere se non possit contra Creditores suos de Moravia, qui primi dominum quam his Cracovie habet. et cetera bona eius arestaruut, sed vt primum et ante omnia solvat id quod eis debet, alioquin in casu non solucionis in jure suo illis respondere teneatur, hoc ipso vro salvoconductu minime obstante. Harum testimonio literarum quibus sigillum nrum est impressum. Datum Cracovie feria tercia infra octauas Assensionis dominj Anno eiusdem dominj millesimo quingentesimo vigesimo quinto regni decimonono.

Obligatio Castelli Grodeli intra muros Cracovien? in summa quingentorum flor pecuniarum Joannem de Tharnow, Magco Chrosphero de Schidlowiec

Sigismundus dei gratia etc. significamus tenore p̃sentium quibus expedit vniuersis harum noticiam habituris. Quomodo coram nobis ac regia constitutus p̃sonaliter Generosus Joannes de Tharnow Castellanus Bilcen in literis fidelis nr dilectus sanus mente et corpore existens

non compulsus nec coactus. sed amicorum suorum salubri fretus
recedendi at terris et districtibus suis quibuscunq libere recognouit. Quia
totum Castellum seruum hereditarium Grodek vocatum intra muros
Cracouien penes portam Sancti Nicolai Cracouie situm. cum omni
jure et toto dominio ita late longe ac circumferencialiter prout
in se antiquitus est situatum, ac cum ceteris vniuersis et singu-
lis proprietatibus ad predictum Castellum antiquitus quolibet
adiacentibus nichil penitus excipiendo, nec aliquid pro se ipso ibidem
reseruando. sed plenarie cum eo saluo jure ac illese prout solus
dictum Castellum tenuit, habuit et possidebat Magnifico Cristo
phoro de Schydlowyecz palatino et Capitaneo generali Cracouien
ac regni nri Cancellario etc. dilecto. tanqz tutori
honorum olim Generosi Abrae Josephowicz Thesaurarii
Magni ducatus nri Lithuanie et Nobilis Maxime virginis
filie predicti Abrae legittime in summa quingentorum
florenorum pecunie in medientibus per mediam sexagena
computatorum et suis legittimis successoribus in totum obli
gauit et inscripsit obligatqz et inscribit pntibus. ac realem
iam exnunc intromissionem tenutam et possessionem actualem
per Ministerialem Albertum Tracz de sub Castro Cracouien
per Mtem nram regiam ad intromittendum additum. dedit
per ipsum Magnificum Cristophorum de Schydlowyecz palatinum
et Capitaneum Cracouien etc. tutorem dicte Maxime virginis
et suorum bonorum predictorum dictumqz Castellum muratum
Grodek vocatum Cracouie situm tenend-habend modo obli
gatoris a data pntium et tandiu possidend vsqz ad totalem
solutionem quingentorum florenorum pecunie prefatorum
et dedit predictus Joannes de Tharnow Castellanus Bieczen
et se suosqz successores legittimos super predictum Castellum
et alia bona sua quecunq per eum in regno nro quomodolibet
habita et habenda obligat et inscribit ipsum Magnificum Cri
stophorum de Schydlowyecz palatinum et Capitaneum Cracouien
etc. ac eius successores occasione premissorum ab omnibus nunc
dimentis et damnis quarumlibet personarum sexus vtriusqz
spiritualium et secularium nulla prescriptione terrestri cuadem
sub vadio quingentorum florenorum pecunie in medientibus
per mediam sexagenam computatorum, ac etiam ab omnibus
inscriptionibus prioribus quibuscunqz pssonis antehac factis
inscriptis. et inscribendis ibidem super dicto Castello, Cittacionibus
et concitacionibus ad satisfaciendum realibus in eadem bona Castelli

predictum importatis et importandis pexlucratis quocunq; jure
acquisitis et acquirendis reformacionibus totum et totaliciorum in et
super dicto Castello, aut alio quocunq; juris titulo ibidem factis vel
fiendis interzedere tueri, et vbilibet iuxta formam juris eliberare
eximere, ac vbiq; indemnem reddere, eidem Magnifico Chzoforo de
Schidlowijecz palatino et capitaneo Cracovien ac regni nri Cancellario
et suis successoribus ad solvendum succumbendo, et quociens ipsum
Magnificum Chzoforum palatinum et capit Crac ac suos successores oc-
casione premissorum non tueretur non eliberaret, ac vbiq; indemne
non redderet, tociens aliud speciale vadium quingentorum florenorum
pecunie prefatorum, eidem Magnifico Chzoforo de Schidlowijecz et
suis posteris ad solvendum succumbet, pro quibus quidem vadijs
vel vadio solvatis, si se idem Joannes de Tharnow Castellanus, hiered
suosq; successores occasione premissorum non exoneratum citare
curaverit, extunc recedend a terris et districtibus suis quibuscunq
hic coram Mte nostra regia vbicunq; cum curia nra feliciter constituti
fuerimus, et in judicio nro regali, Crac, ac in jure Castren capita-
neali Cracovien in primo termino tangi in peremptorio parere
debet et respondere, ac pro predictis vadijs vel vadio satisfacere
tenebitur, Eundem primum terminum vera vel simplici infirmi-
tatibus non differen ad Mtem nram cria nec aliunde vbicunq;
reclamando, pro maiori sibi non recipien pro premissis omnibus.
Non curaden ipsum Magnificum Chzoforum et eius successores
Legittimos lris nris regalibus, Collegijs, prescriptione defectibq
quibuscunq; pactis inscriptionibus, nec alijs quibuscunq modis ex-
quisitis seu amissione sue tocius cause, statutis novis regni
Polonie desuper editis, executioni Capitaneali Cracovien Castren
et aliorum loci capitaneorum se suosq; successores idem Joannes
de Tharnow in premissis finien. partibus in toto et per omnia
submisit et inscripsit, premissa actu exequi ac in nullo contrave-
nire, quam inscriptionem sic vt premittitur coram nobis facta
nos ratam et gratam habend de certa sciencia et speciali gratia
nostra approbamus et confirmamus pactibus, Decreven eam robur
debite firmitatis obtinere tenore pactum mediante, harum
quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum
Datd Cracovie feria quinta proxima post festum Sancti Stanislai
in Maio. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quito.
Regni vero nostri decimonono

Rta venerem ut supra etc.

Conservatio ad vitam Spectabilis Pauli Gabriel de Molendino aquatico et Equestris Gambrinen.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia nos habentes rationem
fidelitatum generosi Pauli Gabriel de Molendino aquatico, ac etiam Stanislai

olim fratris ipsius myper vita defuncti, per illorum vtrag non minus sedulo ꝯ fideliter nobis exhibitorum, que et hactenus ipse paulus in curia nra studio indefesso nobis exhibere non cessat, volentes ipsum paulum Grzijrwa ad futura seruicia nra alacriorem et propensiorem efficere, retinquendum et conseruand illum duximus ad tempora vite ipsius extrema in possessione Molendinorum nrorum Gambinen agnatici videlicet et equestris in oppido nro Gambin consistend, retinquimusq et conseruamus per presentes, ita q ipso viuente, nemini prorsus cuiuscunq dignitatis et condicionis ius existat de predictis molendinis nris Gambinen illum eximere consuescimus, successoresq nri non consuescient, sed et neq nos ipsi illum de eis redimemus successoresq nri non redimant, per ipsum paulum Grzijrwa eadem molendina nra Gambinensia in oppido Gambin consistend iuxta vim et continenciam literarum originalium super illis iuste et legittime emanatarum tenend habend vtifruend, pacifice et quiete possidend vsq ad eius, vt premissum est fati tempus vltimum, eodem vero paulo Grzijrwa ab hominibus sublato, bonag pecuniarum, in dictis molendinis Gambinen iuste et legittime inscripta per nos aut successores nros ipsius legittimis successoribus in effectu soluta eorundem molendinorum possessio ad nos et successores nros redibit et deuoluetur pleno iure, iuribus nris regijs salvis remanentibus. Harum quibus etc. Datu Cracouie feria quarta infra octauas pentecostes. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto Regni vero nri anno decimo nono.

Concessio Thelonei Oppido Parczow.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus dei gratia Rex Polonie Magnus dux Lithuanie, Russie terarumq etc. dnus et heres, significamus tenore presentium vniuersis et singulis presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quia cum venissent ad nos incole oppidi nri Parczow et retulissent nobis esse circumcirca hoc ipsum oppidum parczow propter multa loca aquosa quinq pontes, quos ipsi incole suis sumptibus citra vltimum domorum finem quociens opus est reficere coguntur, extunq potentes illic adhuc opus esse dixerunt se extruere velle insinuassent, humiliterq nobis exposuissentq ut eorundem laborum et sumptuum

ysorum quos in reficiendis et extruendis pontibus predictis facerent benignam rationem habere, et de sublenamine aliquo illis gracios[e] prouidere dignarentur. Nos qui uiuquenq; subditorum nrorum ad exandicionis gratiam facile admittere, et defectus ac necessitates illoz libenter sublenare solemus, juste supplicacioni eorundem fidelium nrorum pareziowien benigne annentes volentesq; eis in hoc gra nostra opitulari, vt facilius et sine suo dampno dictos pontes circum oppidum parczow predictum reficere et reparare, ac vbi opus foret extendere possint, Decreuimus auctoritate nra regia decernimusq; et statuimus tenore pritiny karty, vt deinceps ipi oppidani parczowiey ab omnibus mercatoribus et vectoribus, omnes aliqua merce currus habentibus, qui per dictum oppidum in qua, cuq; partem iter facturi sunt, per quatuor minus minutos a suis fidelibus ministris curribus pontale Thelonium exigant, et in peto habeant, ad vsum oppidi et ad reparacionem predictorum pontium conuertendos, in cuius rei testimonium sigillum nrm presentibus est appensum. Actum et datu Cracouie sabato intra octauas Assumpcionis domini. Anno eiusdem domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Regni vero nri anno decimonono, presentibus venerabilibus patribus dominis Petro de Thomicze Cracouien et regni nostri vicecancellario. Andrea premisliey Epis, Necnon Magnificis. venerabilibus et Generosis. Nicolao de Gchidlowiecz Castellano Cracouien et regni nri Thesaurario, ac Sabinien Olstinien et Czepicien Capitt[e], Stanislao de Chodecz Marschalco, curie nri nostri, et Capitaneo Leopolien; Petro Cmiytha de Wissnicze Marschalco curie mee, Crepsien, premisliey, et Colen Capitaneo. Stanislao Nijeleczki Zamichostien castellano. Nicolao Thomicki Tribuno Lanciciien prefecto stabuli mei, a Costien pisdrey. et Couien Capitaneo. Joanne Chojenski. archidiacono. Bernardo Wapowski cantore. Joanne Gorski archidiacono posnanien et Stanislao Thurlo Canonicis Cracouien secretarijs meis, Silnestro Ozarowski Thesaurario et Capitt[o] Zamichostien. et Joanne Thurlo Stenotore mese nostre. aliisq; quampluribus dignitarijs officialibus et aulicis nostris testibus ad premissa. Datu[m] per manus prefati Rdi in chro patris domini Petri Thomicki Epi Cracouien et regni nri vicecancell. dilecti.

Rex

Donatio Contributionis Schos Inclitis Oppidi Parczow p reparatione eiusdem ad decursum duorum annorum.

Sigismundus etc.

Significamus tenore presentium quibus expedit, Quia nos annentes supplicacionibus quorundam consiliariorum nrorum, pro fidelibus oppidi nri parczow

nobis factis, volentesq; ipsos Jurolas ad consumand et perficiend repa
rationem et munitionem circa hoc ipsum oppidum parczow contra ho
stium meorum incursum impetum per eos captam gracia nostra
sublenare, eximend et liberandos eosdem jurolas duximus, ab exactio
nibus civilibus que Schossij vocantur institutis, et pro reipublice
necessitate posthac instituendis hinc ad duorum annorum decursu
eximimusq; et liberos eos facimus per presentes. Quocirca tibi Gene
roso Gnopkowskj, et alijs terre Lublinen exactoribus
pro tempore existentibus mandamus, vt eosdem jurolas oppidi
nostri parczow in hac libertate nra per nos eis concessa ad tem
pus duorum annorum sic dictum conservetis et conservari faciat
pro gratia nostra. Datt Cracovie sabato intra octavas Ascensio
nis domini. Anno eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo quinto
regni vero mei anno decimonono.

Condonatio Macellorum carnium Civibus Vielicien facta.

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium quibus expedit vni
versis. Quia licet superiori tempore Praetor consul et consules ac Cives
nostri Vielicien. cum excemissent vigore consensus mei regij tercia
partem Advocatie vrzjelicien de manibus Venerabilis Petri Wa
powski Decani Cracovien. quem alioquin magna grauamina et iniu
rias primoq; fuisset exemptus sibi intulisse indies grezebantur
dederint et donauerint nobis donatione perpetua macella carnium
illic in Civitate Vielicien sita ad eandem terciam partem Advo
catie ab antiquo pertinencia, cesserintq; omni juri et proprietati, que
ipsis vigore obligacionis eiusdem tercie partis Advocatie predicte
competebat, contemplatione gracie et favoris mei in assencione et
exemptione illius a fassato Petro Wapowski Decano q nobis fassati
considerantes tamen successu temporis hij ipsi Praetor consul et Consules
ac Cives mei Vrzjelicien donationem eiusmodi macellorum predictorum
et illorum alienationem, ab eadem tercia parte Advocatie, esse illis
magno ipsorum incommode et nocumento, supplicarunt nobis humi
liter, vt illam resolvere, macellaq; ipsa illis iterum condonare, ac
resignare, et tercie parti eiusdem Advocatie assscribere et adunare
dignaremur, perstatesq; aliquanto tempore in eadem supplicacione
sua, sollicitarunt peticionibus suis et nonnullos Consiliarios nostros
vt eius negocij patrocinium susciperent, et apud nos nomine ipsorum

753.

illud promouerent. Nos igitur qui vnumquemq; subditorum nostrorum ad exhibicionis graciam benigne admittere, et id quod ipsorum comodo et ornamento conferre videretur liberaliter prestare solemus, supplicacionibus dictorum consiliariorum nostrorum ac etiam ipsius ciuium vrieliciensium inuentes, cupientesq; vt ipse ciues nri vrjeliciens, tam in publicis quĩ in priuatis facultatibus suis, maius accipiant incrementum, condonauimus illis duximus ea ipsa Marella Carninum illic in Ciuitate vrieliciensi vt profertur sitta, que nobis fuerunt donata et inscripta, condonamusq; et eidem terrie parti reuocarie vrieliciensi predicte illa omnino ascribimus readnumerauimus, ac cum toto jure dominio et proprietate incorporauimus per presentes perpetuo et inuiolabiliter, renunciantes nos donationi eorundem Marellorum per nos nros vrieliciensi nobis antea, vt prefertur, factis, quam vna cum literis desuper confectis et emanatis cassamus et in nichilum redigimus. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Crasonie feria secunda post festum Ascensionis jesu christi. Anno eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Regni nri anno xix°

Per Reuerendum vt supra etc.

Donatio centum Florenorum Hungaricalium Gruss Nicolao Kipai ex pensione Judeorum Crac. S. R. M. quotannis debita

Sigismundus etc. Significamus per presentes vniuersis. Quia habentes in prospectu virtutem et dexteritatem, industriam et multiplicia seruicia Generosi Nicolai Nipczicz aulici nri, que a longo tempore in aula nra sedulo et fideliter exhibendo nobis reddidit grata et accepta, cupientesq; eadem seruicia sua et diligenciam quam in illis obeundis semper non mediocrem prestitit, gratia et munificencia nostra regia testatam et minime sterilem esse fiduciamq; maiora adhuc merendi sibi prebere et ad futura seruicia nra enim alacriora et propensiorem reddere volentes, dam. et assignam illi duximus damusq; et assignamus per presentes medietatem anni prouentus nostri Ordinarij hoc est centum florenos vngaricales in anno quos Judei nri Cracouien quotannis nobis soluere solent et debent, et quos ab presens ab eisdem judeis nris Cracouien percipit ex donacione predecessorum nrorum Generosis Sigismundus Bthosch veteranus militis et seruitor noster, et quoad vixerit percepturus est, per ipsum Nicolaum Nipczicz aulicum nrum eundem censum centum florenos in anno sublato ab humanis Sigismundo Btosch prefato

singulis annis pro quolibet videlicet quartali viginti quinqz florenos
in anno tollend, lenand, et percipiend, ac ad vsus suos convertend ad
extrema vite sue tempora, eo modo quo nunc per Sigismundum Otosch
prefatum lenatur et percipitur, Vt autem her donacio nostra eidz
Nicolao Nipczicz facta in roboze suo permaneat, et effectum sortiatur
debitum, pollicemur in verbo nro regio pro nobis et successoribus
nostris qd neminem subditorum aut servitorum nrorum eidem Nico
lao Nipczicz in illa preferemus successoribqz nris non preferent, sed sub la
to ab humanis Sigismundo Otosch prefato ipse Nicolaus Nipczicz et
nemo alius extunc prout exnunc dictu proventum centum florenoz
vngaricalium singulis annis ad tempora vite sue vt prefertur exte
nua lenabit et percipiet, ac in vsus suos convertet, non obstantibus qui
buscqz literis nris si quas postea ad importunitatem petencium dare
nos contigerit, quas nullius firmitudinis et roboris esse volumus
ac decernimus. Quocirca vobis seniozibus Judicorum nrorum Cracd.
moderns et pro tempore existentibus mandamus, vt postqz Nicolaus
Otosch prefatus eorivis exstiterit, ipsi Nicolao Nipczicz amico nostro
et nemini alteri de medietate census ordinarij per vos nobis quotanis
dari soliti ac debiti hoc est de centum florenis in anno predictis respo
deatis ac illos in manus eius aut alicuius alterius ab eo potestatem
habentis singulis annis quoad vixerit consignetis, de quibus vos ipse
quietabit, Nos vero quittancias eius vobis in ratione suscipiemus. Pro
gratia nra sit et non aliter facturi. Harum quibus etc. Datd Cracouie
feria quarta intra octauas sacratissimi Corporis dni nri jesu christi.
mo eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Regni nri anno
decimonono.

Ad mandatum Reuerendi in chro patris dni petri Epi
Cracouien et Regni Polonie Vicecancellarii.

Castellanatus Chelmen Groso Joanni de Thanczin conferuz.

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium vniuersis. Quia habentes
rationem meritorum Generosi Joannis de Thanczin Cbadiszki Cracouien
et maiorum suorum, quibus predecessoribus nris et nobis ac Regnis
Regni nri se reddiderunt officiosissime commendatos, volentesqz eorun
meritorum intuitu erga prefatum Joannem specialem gratiam nram
ostendere, et testatam apud alios facere, dandq et conferend illi duxi
mus damusqz et conferimus harum serie Cracouien Castellanatum terre
Chelmen per obitum Generosi olim Stibii de Zelanko Capitanei Luvovien
vacantem. Quocirca vobis omnibus et singulis dignitarijs et officialibus

totiq̃ communitati terre Chelmen̄ prefate committimus et mandamus quatinus prefatum Joannem de Thanczin pro vero et legittimo Castellano Chelmen̄ habentes ipsi de loco eum concernente vbiq̃ et de vniversis et singulis proventibus et obvencionibus ad ipsum Castellanatum ab antiquo pertinentibus respondeatis et responderi faciatis pro gra nra. Harum quibus etc. Datum Radom Sabbato intra octavas Corporis Chri. Anno eiusdem Millesimo quingentesimo vigesimo quinto Regni nri anno decimonono.

Jo Brenerey etc vt ꝯ

Libertas ab omnibus contributionibus et Thelonei Incolis Oppidi Jaworow data in trā Leopolien̄ pro reparatione de novo eiusde Oppidi per ignis vorag̃inem conflagrati ad 10 annos decursu

Sigismundus

Significamus tenore pntium quibus expedit vniversis. Quia Incolarum oppidi nri Jaworow in terra Leopolien̄ sibi calamitose condicioni quam nuper per ignis inclemenciam inciderunt comparicend., cupientesq̃ vt vicinersa domos et structuras suas restaurent, et ad pristinam meliorem̄q̃ deveniant condicionem: ipsis dumtaxat dampna passis ab omnibus contribucionibus Exactionibus similibus Theloneis antiquis et alijs quibuscunq̃ solucionibus quocunq̃ nomine appellatis pro ura et reipublice necessitate instituntis et instituendis, theloneis nonis exceptis. Libertatem hinc ad decem annorum spacium continue et immediate sequencium decursum, a Contribucione vero ex opposito ad duo quadrtalia anni dedimus et graciose concessimus, damusq̃ et concedimus pntibus tenore nris. Proinde vobis Exactoribus terre Leopolien̄ modernis, et alijs exactoribus in tenis nostris pro tempore existentibus Thelonearibusq̃ et alijs subditis nris quibuscunq̃ mandamus omnino habere volentes. Quatinus dictos Incolas oppidi nri Jaworow dampna vt profertur passos in ea ipsa libertate, per nos ipsis ex causa premisso benigniter data et concessa per temporis infrascripti intervallum conservetis et conservari faciatis nichil contra libertatem eorum eiusmodi committere presumen̄. Pro gratia nra Harum quibus dtr. Datum Varsonie die loco anno quibus supra in tenis Castellanatus Chelmen̄

Datur facultas exstruendi Stabulum Sandomiriā, Nobili Thomā de Gyr, Prisbo Canonico Premislien̄ et Sandomirien̄.

Sigismundus etc. Significamus tenore pntium quibus expedit vniversis et singulis pntibus et futuris tarum noticia habituris

Quia cum antea venerabilis thomas de Grodziſko. premiſſien
ſis Sandomirien canonicus. exhibuiſſet coram nobis. priuilegium
ſeu lras ser^mj olim domini parentis et anteceſſoris nri Caſimiri polo
nie regis, admiſſionem pro edifitando ſtabulo in area adiacente
domui ſue pro canonicali Sandomirien illic Sandomirie inter alios
domos canonicales ſitte, in ſe continentes, ſupplicaſſetq nobis, vt
ſibi hoc ipſum ſtabulum in eadem area erigere et edifitare no
remoreremus. Nos proinde ne edifitatio eiuſmodi ſtabuli in area
predicta, vie communi. que eidem aree eſt propinqua, aliquid nocu
menti intuliſſet. Commiſeramus Generoſo Stanislao. Sthaſſranijeg
de Pijeſchkorwa Skala caſtellano Sandecen, et capitaneo Sando
mirien emenſurare eandem aream, in qua citra nocumentum
vie communis predicte ſtabulum edifitari deberet. Qui commiſſione
noſtra exequuta, et area pro edifitatione ſtabuli ſoditi emen
ſurata et aſſignata, rotulum ſeu lras eius emenſurationis. Si
gillo ſuo obſignatas nobis tranſmiſit. Quarum. tenor ſequitur et
eſt talis, Stanislaus Sthaſſranijeg. de Pijeſchkorwaskala caſtellanus
Sandecen et capitaneus Sandomirien. Innoteſcimus quibus expedit
vniuerſis. Quomodo oblate ſunt nobis lre regie Mtis per vene
rabilem dominum thomam de Grodziſko. premiſſien et Sandomirien
ecclie canonicum commiſſionem lras eiuſdem regie Mtis per quam
de et ſup emenſuratione ſpacij ſeu loci pro locando et conſtruendo
in eo ſtabulo equis per eundem dnm thomam in ſe continentem
quas quidem commiſſionis lras per nos cum ea qua decuit reue
rencia ſuſceptas ante omnia ad ſuthores caſtri Sandomirien
inſcrere mandauimus. Quarum tenor de verbo ad verbum ſequit
et eſt talis. Sigiſmundus dei gratia rex polonie. ruſſie. pruſſie
q etc. dominus et heres. Generoſo Stanislao Saffranijeg de pie
ſchkorwaskala caſtellano Sandecen et capitaneo Sandomirien. in
ju abſentia eius vicecapitaneo fidei dilecto graciam noſtram
regiam. Generoſe fidelis dilecte. Cum venerabilis thomas de Gro
dziſko. premiſſien et Sandomirien canonicus, innitens priuilegio
ſereniſſimi olim principis domini Caſimiri regis genitoris nri
chariſſimi coram nobis originaliter exhibito ſtabulum pro equis ſuis
in area ad canonicatum eius ptinen circa gradus p quos iſtir tran
ſitus eſt de area noſtra ad eccliam collegiatam Sancte Marie ſitta
ad quod faciendum facultas ex eodem priuilegio ſibi dinoſcitur eſſe
contecta, Nobisq ſupplicari fecerit, vt p^dictum ſtabulum illi pro ſua
commoditate in eadem area locare et conſtruere permitteremus
Nos huic ſupplicacioni eiuſdem thome annuentes. committimus tue
f. ſtibus mandantes, vt cum p^dictum vigore pontium fuerit
requiſita illi locum ſeu ſpacium competens in dicta area, pro conſtruendo
et locando in eo ſtabulo emetiatur et deſignet, ita q^d hoc p^dictum ſtabulum
conſtituendum nullum obſtaculum ſeu impedimentum vie communi

457.

asserat, hic et non aliter fractura tua f[ecerit] pro officio suo et gratia nra
Datt Cracovie feria quinta ante dominicam oculi Anno domini
millesimo quingentesimo vigesimo quinto. regni vero nri anno decimo
nono. Commissio propria regie M[aies]t[a]t[is]. Nos itaq; in premisse regie
regie M[aies]t[a]t[is] commissionis et mandato, per prefatum venerabilem
dnm Thomam debita cum instancia requisiti locum ipsum resignatis
demittendo et se ipsa ecclie subiecta, et ad plenum remisa locum contin-
entem seu spatium pro locando et construendo in eo stabulo aree
pertinentij ad Canonicatum prefati venerabilis Thome contigimus, ita
longum, prout predicta area, prenominati domini Thome Canonici
ab antiquo se extendit, ad latitudinem vero a parte gradus, per
quos fit transitus de area Sandomirien ad ecclesiam Collegiatam Sancte
Marie septem cubitorum, et a parte vie quinq; cubitorum mensure
communis Sandomirie usitate ad latitudinem, vigore premisse commis-
sionis regie nemine contradicente emensimus, et designavimus
per prefatum dominum Thomam eiusq; legittimos successores
ecclie, et in eodem loco seu spatio per nos ut supertur emenso, et
designato stabulum pro equis suis construend idq; habend et possidend
perpetue et in eternum. Actum in Castro Sandomirien feria secunda
post dominicam oculi proxima. Anno domini millesimo quingentesimo
vigesimo quinto. Quam quidem emensuracionem et assignacionem
vice sedente per prefatum Stanislaum Schaffraniecz de Pyeszkowa
Scala Castellanum Sandecen et capitaneum nrum Sandomirien[sem]
factam, nos Sigismundus rex supra[scriptus] ratam et gratam habend, illa
approband, et confirmand duximus, approbamusq; et confirmamus per
presentes decernen illam robur perpetue firmitatis obtinere, atq;
predictam aream cum stabulo in ea construendo immunitati Ecclesiastice
ascribend domui Canonicali predicte, quod in presens presentus Thomas
de Crodziszko Canonicus ad Canonicatum simul Sandomirien obtinet
illam perpetuo adnumerandum et incorporandum. Harum quibus sigil-
lum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datt Cracovie
feria quarta infra octavas Assumpcionis domini Anno eiusdem
millesimo quingentesimo vigesimo quinto. regni nri anno decimonono.

Ro recenzey &c. vt sup[ra]

Consensus ad redimen[dum] Oppidum Vscie ac villam Miechani in tra Craco
vien[si] site datus Gnoso Andree Morsky et filio eig Ignatio.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia habentes rationem
fidelium nostrorum Generosi Andree Morsky qui nobis et reipublice
regni nostri impendit, volentesq; illum erga filio ipsius
Ignatio, qui etiam nobis, ac illustrissime Hedwigi filie nre diligenter

ac fidelitar seruirint, ad futura seruicia nostra reddere propen-
siorem. Ipsi cum eodem filio suo Ignacio oppidum nostrum Oszije
ac villam Mijedzarij ad id pertinentem cum
de manibus Nobilis Hedwigis virginis, cuius tutoria et cura
per mortem Generosi olim Nicolai Morszij patris ipsius ad
eundem andream Morski fratrem germanum recidit in tinta
pecuniarum in eodem oppido ac villa iuste et legittime inscri-
pta, citra tamen augmentum et excessum illius, reduxerit
consensimus et admisimus, consentimusq; et admittimus
pactibus per ipsos andream Morski patrem et Ignacium eius
filium ac eorum legittimos successores oppidum nostrum
Oszije predictum. ac villam Mijedzari ad id pertinentem, cu
omni jure dominio et proprietate ab vnita vim et cotinencia
tarum originalium desupra legittime confectarum et emana
tarum tenend, habend vtifruend, pacifice q; et quiete possid
tam diu donec illis vel eorum legittimis successoribus
eiusmodi in prefato oppido nro Oszije, ac villa ad id pertine
iuste vt profertur inscripta fuerit q nos aut successores nostri
plenarie et ex toto psoluta. Volentes autem eundem An-
dream Morski, ac Ignacium filium ipsius vberiori gratia nostra pro
segui, ipsorum vtinq; in tenuta et possessione prenominati
oppidi nri Oszije ac ville Mijedzari ad id pertinen, ad exi
tum illorum, et vtriusq; ipsorum vite tempora conseruan
duximus. et harum serie tenore conseruamus. pollicen in ver
nostro regio, q; eis vinentibus, nemini prorsus subditorum
norum illis vel eorum quemlibet, de ipso oppido Oszije
ac villa Mijedzarij prodicta ad id pertinen eximere conscien
mus nec permittemus, successoresq; nri non consencient,
nec permittent, sed et neq; nos ipsi eos aut eorum aliquem
eximemus, successoresq; nri non eximent, sed illos ad com
ritam in tenuta et possessione eiusdem oppidi Oszije,
ac ville Mijedzarij conseruabunt, tenebimus vero ipsos
Andrea Morski patre, et Ignacio filio ipsius ab humanis
sublatis, omniaq; pecuniarum in eodem oppido Oszije, ac
villa Mijedzarij iuste et legittime, vt profertur, inscripta
eorum successoribus legittimis psoluta ac reposita, eiusd
oppidi nri Oszije, ac ville Mijedzarij ad id pertinentib
ad nos et successores nros redibit et deuoluetur plano jure
juribus tamen nris regalibus p omnia salvis. Harum
rum sub sigillo etc. Datum Crarouie feria quarta in vigilia Sancta-
tissimi Corporis Christi Anno domini millesimo quingentesimo
vigesimo quinto. Regni nri Anno decimo nono.

Ad mandatum domini Regis etc vt sup.

459

Resignatio Nobilis Joannis Wilamowsky medietatis Ville sue hereditarie Prijatczino Grzibowo, in tra Calissien et dctu Gnesnen, Vnbili Nicolao Grzimultowsky in summa Ducentorum quinquaginta Florenorum

Sigismundus etc. Significamus tenore presencium vniuersis, quod constitutus personaliter coram nobis Nobilis Joannes Wilamowski. Notarius Cancellarie nostre non compulsus nec coactus, nec aliquo dempto errore deductus, sed animo bene deliberato, et amicorum fiorum fidelium consilijs, recedendo a terra et districtu suo, et sue jurisdictioni ire regie inposterandum, recognouit, quia tenetur et obligatur. Venerabili Nicolao Grzijmoltowski, preposito ecclie Collegiate Sancti Georgij Gnesnen, certi veri et liquidi debiti summam ducentorum et quinquaginta florenorum pecuniarum monete et numeri regni nri, quemlibet florenum per triginta grossos computando. In quaquidem summa ducentorum quinquaginta florenorum, resignauit eidem Nicolao Grzijmolthowski, et resignat presentibus titulo iuxe reemptionis alb Nawrijborowo, medietatem ville sue hereditarie, Prijatczino Grziborowo in terra Calissien et districtu Gnesnen consistentem, deditq illi et dat presentibus realem possessionem et actualem intromissionem in prefatam medietatem ville sue hereditarie, Prijatczino Grzijborowo per ministerialem terrestrem quemq sibi elegerit, consummandam per eundem Nicolaum Grzijmolthowski medietatem ville predicte, Prijatczino Grzijborowo in predicta summa ducentorum quinquaginta florenorum, cum omnibus et singulis eius vtilitatibus, fructibus, redditibus, prouentibus et obuencionibus vniuersis ad illam ex antiquo spectantibus, ac cum omni jure dominio, et proprietate, nichil pro se reservando, tenendq, habendq, vtifruendq, pacifice et quiete possidendq, tam diu donec presata summa ducentorum quinquaginta florenorum per dictum Joannem Wijlamowski aut eius successores legittimos prefato Nicolao Grzijmolthowski vel eius successoribus fuerit plenarie et integre persoluta, quo facto eiusdem medietas ville Grzijborowo possessio ad predictum Joannem Wijlamowski et eius successores legittimos redibit et deuolnetur pleno jure. Quaquidem resignationem et inscriptionem Nos ratam et gratam habend illam auctoritate nra regia approbamus et confirmamus, ac approbamus et confirmamus presentibus decernendo ad robur debite firmitatis obtinere tenore presentium mediante, quibus in testimonium sigillum nrum est appensum. Datum et datt Cracouie feria sexta intra octauas exposicionis dni, Anno Natiuitatis eiusdem M°, d°, x x v^to. Regni nri anno decimonono.

Ad mandatum domini regis vt supra.

Moderatio summe Ducentorum quinquaginta Flor ad summam
ducentorum Flor. ex prouentibus Castri Gneiw pendi solitorum facta Mag^co
Georgio de Baysen Palto Mariemburgen.

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium quibus expedit
vniuersis, Quia licet fecerimus non pridem Magnifico Georgio
de Baysen palatino Mariemburgen et capitaneo nro Gnijewen mo
deracionem racione summe trecentorum florenorum per trigin
grossos computatorum quam de prouentibus bonorum Castri nri
Gnijewo que illi dudum in temutam et administracionem dedi
singulis annis nobis soluere et in thesaurum nrum consignare
retur, moderatigz illi fuerimus eamipsam summam trecentorum
florenorum ad summam ducentorum quinquaginta florenor
quinquaginta vero florenos illi dimiserimus et condonaverim
ea ratione, vt pro eis edificia Castri nri Gnijewo predicti vbi
gnus et necessitas foret reficeret, et repararet, habentes
rationem fidei et meritorum ipsius Magnifici Georgij de Baysen
palatini Mariemburgen et capitanei Gnijewen de nobis et
excitati tumultus in Ciuitate et republica male administrata, et aliꝰ
id genus dictum sit, aut etiam scriptum, vel p nouum Magistratum
Gedanen attentatum, culpa ipsius carcat, neq; quicq; ei eiusq; posteris
in honore et bona fama existimatione officere debeat, nouꝫ et in posterum

et presertim cum ipse se exhibuerit, et paratus fuerit, et sit omnibus grievng cum quomodolibet evhyare voluerit, coram nobis responbrel. frunig honorem et innocentia tueri, Cujus quidem hermanni fidelissoes ab ipsa cautione fidelissoria p illos pro eo sositta, absolvimus, et liberos facimus, in tricionevng nostram recipimus p psits. Cribus in testimonium sigillum nostrum est mjssum. Datt Cracov, vt supra.

Litere pro civibus privatis in nullo officio constitutis.

Sigismundus dei

Manifestum facimus vniversis, Quia cum intellexerramus graves motus et seditiones intestinas, anno psenti fuisse excitatas, in Civitate nostra Cracovien, et preter alia multa facinora, adversus religionem sanctam catholicam, et auctoritatem nostram regiam, insolentissime comissa, etiam famatum N. cum ab alia indigna, tum etiam ad in/ scriptiones, obsignationes, ac recognitiones, cas videlicet, qd ipse, una cum proconsulibus, Consulibus, scabinis, et reliquis officialibus, et quibusdam Conivibus suis, earsam motibus, et seditionibus supdictis prestiterit, nec ne coactum fuisse, ipsorum libri et decreto nostro regio pronunciamus, et declaramus, qd ipse illius p plebem carta quevis inscriptio, obsignatio, et recognitio, ac quicquid adversus illum p contumeliam, convicia, libellos, et cantilenas famosas, domi et apud exteras gentes per nonnullos Cives temerarios, et seditiosos de communitate, vel quovis, de causa excitati tumultus in Civitate, et alijs id genus dictum sit, aut etiam scriptum cuiusvis culpa ipsius careat, nec quic- ei, eiusq posteris, in honore, et bona existimatione officere debeat, nec et in posterum, In cujus rei testimonium sigillum nostrum est publicis mjssum. Datum Cracovie die sancti Martini gloriosi Epi et Confessoris. Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, Regnorum nostrorum anno decimo nono.

Rob vt sup

Litere protectionis Gedanensium exauctoratorum

Sigismundus etc.

Significamus tenore presentium quibus expedit universis. Quia nos famatum N. Civem nostrum Gedanensem, cum uxore liberis, ac familia, bonisque ipsius omnibus, mobilibus et immobilibus, ob eius erga nos, et Rempublicam regni nostri, fidem et merita, in nostram protectionem regiam suscepimus, et harum serie tenore suscipimus hinc ad voluntatis nostre beneplacitum, ita ut ipse Vir noster protectionis fretus, possit unacum uxore, ac liberis predictis, bonisque suis omnibus libere, secure, et absque cuiusvis hominis impetitione ac molestia in Civitate nostra Gedanen, inque terris nostris Prussie et universo regno Polonie, ac magno ducatu nostro Lithuanie manere, mercari, et negocia sua quecunque prout si vel factores aut familiares suos exercere, et ubi ei libuerit ire, ac unusquisque redire persona bonaque ipsius ac uxoris, et liberorum eius predictorum, sub nostra protectione salvis remanentibus, Et ut census quos habet in Civitate nostra Gedanen, et alias ubilibet liberi capiat, eosque nemo illi retinere, aut arrestare audeat, eximimus ipsum cum uxorem et liberos eius ipsius, auctoritate nostra regia, Legibus et plebiscitis dicte Civitatis nostre Gedanensis, ac aliarum Civitatum terrarum nostrarum prussie, Regnique Polonie, et Magni ducatus nostri Lithuanie, quarumcunque in contrarium non obstantibus, ab omni officialium nostrorum, et subditorum quorumcunque potestate, et omni impedimento, ita ut in causis quibuscunque, quantumcunque importantie fuerit coram nemine illorum, nisi coram nobis ipsis, vel coram Commissariis nostris, comparere et respondere teneatur, nemoque illum prefatum contumacem dicere, vel ad judicium quodcunque aliud quam nostrum Regium vocare audeat, exceptis tamen creditoribus, si quos habet vel interim habere illum contigerit, quibus duntaxat pro debito

in Jure et coram Judice competenti respondere sit astrictus, Et deg
ctiam N. cum vxore ipsa et liberis bonisq ipsius omnibus
ab omni arresto personę vel personis quibuscunq concesso, vel con-
cedendo, liberum ac immunem facimus, ita vt nemo subditorum nrorum
cuiuscunq status et conditionis existat, illum vel bona sua, aut
vxorem, liberos, et servitores ipsius, tam in Regno nro, nigr tris
nostris Prussię, q̃m in Magno Ducatu Lithuanię, mercaturas, vel
negocia quecunq alia exercend, nitra ora arestare, seu aliquo alio
impedimento afficere audeat, Quapropter vobis omnibus dignitarijs
officialibus, ac alijs subditis nostris quibuscunq, in Regno et tris
nostris Prussię, nigr magno Ducatu nostro Lithuanię, specialim
vero in Civitate nostra Gedanen edicta constitutis districtu sub-
scriptis mandamus, Quatinus hanc nostram securitatem, et protectionem
in qua N. cofatum recepimus, nulla in parte infringere, seu ratillis
aliquibus sum̃overe, aut illi quouis modo detogare audeatis, sed illam
in omnibus eius clausulis, et articulis firmiter et inviolabiliter
observetis, et observari faciatis, eidemq ipsi N. ac suis omnibus nullam
vim seu molestiam inferre audeatis, sub pena decem millium florenorum
renum hungaricalium, et gravissima indignationis nostre, quam et no
aliter factura. Harum etc. Datum Cracovię die Sancti Martini Epi.
Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto Regni Anno.

Littere prescripte sunt date Ciuibus infrascriptis videlicet

Henrico Wysse
Matthia Lange } Trocensibus

Ulrico Hexer
Deterdo Brandes
Reynoldo Altstete
Edwardo Niddrhof.
Georgio Scheper
Joanni Totinck

Jacobo Abtshagen
Echardo von kempen
Eberhardo Legge
Michaeli Koseler
Michaeli Barensus
Georgio Barow
Gerhardo Ouram

} Consulibus.

Hennigo ezrm
Caspari ebert
} Consolibus citatis et exspatio

Philippo Angermunde
Joanni Stutte
Andree vom Wasser
Hermanno Ghereman et
fratribus suis
} Scabinis citatis pri comparuerunt

Caspari Memel Consulli non citato
sed evocato

Henrico friderich
Hermanno goltberg
Michaeli Dyle
} Scabinis non citatis sed exauctoratis.

Jacobo Hofener
Jacobo Ghelman
Laurencio Schultze
Joanni Angermunde
Joanni Abtshagen
Laurentio Horch
Joanni Crakow
Joanni von Werden
Joanni Forste
Ambrosio Sterne
Petro Kresslex
Arnoldo de Schellynge
Laurentio Fischer
Matgis Tymerma
Hermanno Bremer
Jacobo Campe
Joanni Conratsh cum matre sua
Joanni Fischer
Hermanno Gise cum fre gregorio

Georgio Schenker cum uxore et
cum fratribus et sororibus uxoris
sue
Reinoldo Angermunde cum Bartho-
lomeo Senger et Agaretha sorore
Bartholomei
Georgio Sydirkhusen
Adriano Gerneyck
Joanni Scholtze
Joanni Overram
Henrico Bol
Georgio Nidezhoff
Henrico Sparenbergk
Cristopharo Beyer
Joanni Thorbeke
Wilhelmo von Wesen
Henrico von Wese
Theoderico Pfalke
Arnoldo von Schellinge
Georgio Schepper
Herthnico Blome uxori et liberis.

569

Exemplum lrarum ad Ducem Prussie, Magistrum Liuonie, ad Lubicen', etc. de Inhibendis cantilenis in officiales Gedanen' indigne exauctoratos, confictis.

Illustris princeps et domine Nepos noster charissime. Intelleximus nonnullos cives nostros Gedanen', per quos tumultus, popularis, illic non pridem erat excitatus, improba et temeraria loquacitate ductos, et ad suum negotium cuncta reflectentes, favoremq; et subsidia, rubg suis laborantibus captantes, quasdam cantilenas famosas, adversus proconsules consules, scabinos et nonnullos alios officiales atq; cives primores eiusdem civitatis q plebem tunc depositos et exauctoratos, edidisse, ac imprimi fecisse, ad diversasq; provincias, quo cognitum ritas et insolentia notior fieret, et scandalorum materiam diffusius seminarent, mittere presumpsisse. Proinde nos cupientes, quantocius abus e medio submoveri, easdem cantilenas, vel potius libellos famosos in gravamen bone existimationis, ac ignominiam, dictorum proconsulum et consulum, aliorumq; officialium exauctoratorum, malitiose et indigne divulgatos, quos non aliqua culpa, vel demerito suo, sed insolentia plebis et seditione popularis, tumultuarie depositos et exauctoratos esse novimus, postulamus a vestra Ill^te, committere et mandare velit vniversis suis officialibus, q̃d in civitatibus et alijs locis, dicioni veste Ill^ti subiectis, huiusmodi cantilenas cantari et circumferri, palam vel occulte neq; permittant, et cantantes vel divulgantes eas ipsas cantilenas aut honori predictorum officialium et civium Gedanensium quomodolibet detrahentes, debita animadversione puniant, perinde atq; ipsos autores, factura vra Ill^tas rem officio boni principis consentaneam nobisq; multo gratissimam, Cui feliciter valeat nosq; diligat. Datum ad vt supra etc.

ommissio propria Regie maiestatis.

Litere Vniuersales occasione predictarū Cantilenarum ecc̃e ad dominia externa

Vniversis et singulis Principibus tam ecc̃hasticis q̃ secularibus Comitibus, Baronibus, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Nobilibus Militibus et eorum prefectis, Ciuitatum et oppidorum presidibus Magistris Ciuium, et quorumuis locorum ꝯfectis eorumq̃ vices gerentibus, ac alijs quibuscunq̃, ad quorum notitiam p̃ntes littere nostre peruenerint, amicis et benivolis nostris gracie et grate dilect̃. Salutem et omne bonum, subditis vero nris gratiam regiam. Rmi ac Reverend in ch̃o patres, ac Illustres, Spectabiles et Magnifici, Generosi, Nobiles, famati, et providi, gracie et grate nobis dilecti, intel' leximus nonnullos Cives nros Gedanen. ec̃e vt supra in l̃ris suis Petitionis &c̃. Postulamus a vobis amicis et benivolis nostris, subditis vero nostris strictissime precipimus et mandamus, vt in Ciuitatibus oppidis, et alijs locis vestris, huiusmodi Cantilenas cantari et recitari palam vel occulte istic nequaq̃ permittatis, et cantantes vel diuulgantes eas ipsas Cantilenas, aut honori seditorum officialium et Ciuium Gedanensium quomodolibet detrahentes debita animadversione perinde atq̃ ipsos autores puniatis, officium vestrum, nostra vicissitudine compensandum, remq̃ nobis multo gratissimam facturi, subditi vero nostri omnia et singula premissa fauere et exequi tenentur. Pro gratia ũra. Datum Cracouie die Sancte Elisabeth. Anno domini. vt supra.

Litere vniuersales occasione predictar Cantilenarū ad subditos Regni.

Vniversis et singulis dignitarijs et officialibus, palatinis, Castellanis, Capitaneis, Vicecapitaneis, Burgrabijs, Ciuitatumq̃ et oppidorum pro consulibus, et Consulibus, et quorumuis locorum ꝯfectis, ac alijs

subditis nostris, in Regno et terris Prussie, Magnoq Ducatu Lithuanie
vbilibet constitutis, sincere et fidelibus dilectis, Magnifici, Generosi
Nobiles, famati et prouidi, sincere et fideles dilecti, Intellexim⁹ de
vt supra in literis Vrsis Prussie etc, Itaq mandamus vobis,
vt huiusmodi Cantilenas cantari et circumferri palam vel occulte
minusq permittatis, et cantantes, vel diuulgantes eas pro tempore can-
tilenas, aut honori, predictorum officialium, et Ciuium Gedanen
quomodolibet detrahentes debita animaduersione, proinde atq pro tem-
pore Authores puniatis, Et ne quispiam de hominibus suam ignorantiam
pretendat, volumus et mandamus, vt hanc inhibitionem seu mandatum
nostrum q publicas proclamationes, et scripta vbi valeris solertiq
et aliorum locorum publicorum, q vos applicanda, ad omnium notitiam
deduci faciatis, pro officio vestro, et gratia nostra. Dat
Cracovie die sancte Elisabeth, Anno domini millesimo quingentesimo
vigesimo quinto, Regni nostri anno decimonono.

Citacio contra Senatum Gedanen per plebem depositum seu exauctoratum,

vigesimundus etc

Amate fidelis nobis dilecte, Quoniam nobis de statu et regimine
Ciuitatis nostre Gedanen pro nostro officio inquirentibus, proconsules
et Consules, atq alij ex magistratibus nuper destituti, in quorum Collegio
tra f. tunc erat graviter delati sunt, q tumultibus, et seditionibus
in eadem Ciuitate nuper motis, ac male institucioni illius reipublice
causam prestiterint, Quod cum sine magna animi mei molestia audiri
non possemus, volentes officij nostri debitum exeq tram f. punitibus
literis nostris, peremptorie citauimus mandantes, vt feria quinta proxia
ante festum Sancti Chirhachij proxime venturum coram nobis
Cracouie, aut vbi tunc cum Curia nra constituemur, in propria
persona sub indignationis nostre et amissionis omnium bonorum
suorum mobilium, et immobilium, fisco nostro applicandorum, pena
comparerat, eiusdem fiscal nostri procuratori de hominibus, et aliis
que tibi ex officio nostro obiecta fuerint, responsuros, non obstante

si forsitan juramento inscriptione, aut alio pacto seu cautione quali-
cunq; te obstrinxisti, ne de supradictis, aut aliis tibi obiiciendis excu-
sibus te defenderes, aut expurgares; Nos enim tuo obedientie debitu
exigentes, tuam fidem in nostram regiam protectionem suscipimus. Dat.

Citacio contra auctores factionis Lutherane in ciuitate Gedanensi

Sigismundus etc.

Fidelibus nobis dilecte. Quoniam ad prouidam ordinationem, quam in nostra ciuitate Gedanen. instituere decreuimus, aliquorum mo-
dernorum presentia nobis est opus, eorum presertim, quibus artarum
illic rerum condicio cognita est, petimus nostris literis peremptorie te
citamus, districte mandantes, vt sub indignationis nostre ac amis-
sionis et confiscationis bonorum omnium tuorum mobilium et immobilium
pena feria quinta proxima ante festum sancti Michaelis nunc
instans proxima Cracouie aut vbi tunc cum nra curia constituemur
personaliter comparead, animum nostrum super his audituri. Dat.

Ad legationem et apologias Gdanen. responsum nomine Regio per Reuen. dnm Episcopum Cracouien. et R. P. vice Cancellarium

Hactenus sacra etas Regia vos hic detinuit, vt que a vobis prolixe
cum dicta sunt, tum etiam scripta diligentius expenderet, et que deinceps
scite opus erant, prestiaret.

Miratur nimirum etas sua regia, vt cum eam in orationibus vestris
et sacrarum literarum peritam, et summa iustitia summaq; de re christiana

meritis preditam, nec immerito fatcamini, ea vos erram cius dñe propo-
nere, ea confiteri, ac pro his stare velle vsq; ad aras testari non puduerit.
que cum vniuersali ecclesia, cum diuinis ac humanis institutis, comq;
omni ordine, et bono statu rei christiane, tanqm ex diametro pugnare
et dissidere liquido videantur.

Si enim prudentem et peritam rei diuine Mtem suam sinceri et candide
profiteremini, qua fronte vobis ea coram ipsa producenda putaretis, que
dudum per vniuersum cetum rei diuine, damnata sunt et explosa,
quoue piaculo ea vana stultorum somnia docentis appellanda, que
ritas sua cum ecclia catholica sequitur et observat, si eius dñem
nostrum principem ex animo indicaretis, qua ratione eius missa
et decreta fateri potuissetis, etiam quedam non alia causa, nisi
ob contractum vnius hominis odium et inuidiam, non susceptas. Si
potentem defensorem fidei catholice eius dñem serio confiteremini.
eo pacto veriti non fuissetis, ea coram eius dñe profiteri, que crimen
lese Mtis diuine, crimen lese Mtis sue manifestissime continent et
declarant, vnde rectius congruere videatur in vos ipsos illud, populus
hic meus labijs me honorat, cor autem illius longe est a me.

Hec autem impudencia est, verbum Dei nouanbis rebus seditionibus
interstitijs, rapinis, et sacrilegijs pretendere, que vesania euangelium
hactenus in tenebris fuisse, hactenus verbum dei subductum humano
generi dicere, et quiritari, idq; coram eo principe, qui ab incunte state
sua, verbum dei quotidie audit, quotidie osculatur, et adorat, qui
pro verbo dei, pro fide sancta catholica, gladium suum assidue vibrat,
et vitam suam exponit.

Qui non ignorat, vt verbo dei facta et erecta sunt omnia, ita rem oibus
alijs, tum mox homini, quantum libet adhuc iuste et innocenti, legem
fuisse positam, vt et iustos legem haberet qua dirigeretur, quod
sponte nunquam faceret, id enim est iusti, non qua cogeretur, vel coherceretur,
vt iniustos.

Qui non ignorat idem verbum dei viguisse semp, olim in prophetis, quorum monumenta nichil magis, qm legem et normam ac institutum salubria continent, demum verbum ipsum incarnatum, et mundo patefactum non modo non soluisse leges et traditiones prophetarum, sed etiam illas vt umbras et figuras futurarum adimplevisse.

Constituisse synagogam perfectiorem, ecclesiam sanctam Catholicam, non in arena, vt fluctibus deiceretur, non in suis demisso, vt absconditi posset, sed in solida petra, ne unquam laberetur, sed in monte excelso vt evangelium et doctrina illius nullo tempore lateret, nec absconditi posset, cum prius celum et terra, qm verba dei sint transitura, factum abest, vt tot seculis suppressum evangelium absconsa veritas, nunc demum, per hec egregia instrumenta, que videmus, e tenebris eruatur in lucem.

Ex eius autem ecclesie, que corpus, est Christi, ipsum quidem esse caput, ipsum eius ouibus pastorem, deum Christum, sed illum cum migraturus esset in celum, huic corpori visibili, ecclesie militanti, que ex malis et bonis constat, vt magna missa in mare, visibile et congruum membris caput, et ouili presenti, presentem et visibilem pastorem preficere voluisse, claribus regni celestis, et officio pastorali vni ex discipulis delegato, vt unus esset, qui omnem potestatem ligandi et soluendi haberet in terris, religiosq; inuestiretur, et ex cuius ore, vt ipsemet in actis testatur, audirent gentes verbum evangelii credentesq; ne quis pro libitu suo expendere et pronunciare de evangelio, doctrinaq; ecclesiastica posset, unde omnia incerta, omnia scissa et confusa, redderentur, vt verissime docuit Cyprianus, non aliunde oriri hereses, quam vbi sacerdoti dei non obeditur, neq; unus esse in ecclesia vice Christi creditur.

Contra hanc vnam in ea petra edificatam ecclesiam promisisse idem verbum Dei, portas inferi non prevalituras, vt patet tot ea hereticor

575. d eam petram collisib, promisisse, non defecturam cuius vnius sedem. vt lignet reliquorum apostolorum sedibus collapsis, ea sola regnat et non ex hereticis solum, sed ex ipsis regibus, et imperatoribus sibi aduersis semp triumphante, quod qui non audierit, habendu esse pro ethnico, et infideli, veritas ipsa pronunciauit.

Ad eam vnitam excolendam, cum mitteret olim suos operarios, ille celestis paterfamilias, non eum precepisse illis, vt scriberet, vt in omnibus ad amussim scripture culturam suam excerceret. Litera enim occidit, spiritus viuificat, sed inesse, predicare. sed missurum esse spiritum sanctum, qui doceret, et suggeret illis omnia, sicq cum eis futurum vsq ad consummationem seculi promisisse, hoc etiam atq etiam a patre petiit, vt sui vnum essent, sicut et ipse cum illo vnum sit semper.

Proinde ad eam vnitatem conseruandam, qui horum operariorum visibilium, visibilem vicariu domi illius patris familias. et eius corporis ministerialc caput non recognoscit, ipsum vnum. patrem familias, ipsum verum et inuisibile caput Christum et eius verbum. quo hec auctoritas fundata et ordinata est, negare nosse esse, et qui ecclesiam errare putat, qui traditionibus, et potestatibus in ecclesia constitutis resistit. Christum et spiritum sanctum errare credere, Christo et eius ordinationi resistere illum oportere, cum non ecclia solum, sed etiam omnes alie potestates a deo sint constitute, quibus etiam quantumlibet pravis obediendum precipitur, eumq non obtineat euangelium edificatam ecclesiam, sed edificandam, tantum absit, vt omnia que ad eam opportuna sunt contineat, traditam vero jurisdictionem regiminis, pasce oves meas, traditam potestatem statuendi, qui vos audit, me audit, manifestissime continet

Unde ordinationes ortodoxe fidei, traditiones ecclesie Catholice, non doctrinas esse hominum, non vana commenta et somnia stultorum,

vt insanos, et sceleratos prevaricatores blaterare et garrire non pudeat sed esse ipsam meram doctrinam, meras traditiones et evangelium Jesu christi, ecclesiam suam spiritu sancto dirigentis, quando quidem ipsum scriptum evangelium, solo decreto et traditionibus ecclesiæ creditur, tenetur, et observatur. Cur idem traditionis, si fidem et auctoritatem non haberent, nisi evangelium in fide sua consistere posset.

Cum vero ecclesia edificata sit super fundamentum apostolorum et prophetarum, fundamenta vero sola ad constituendam domum non sufficiunt, nisi reliqua superedificentur, stultissimum esse contenderes, solam christi et apostolorum doctrinam, ad statum et regimen ecclesiæ sufficere, etiam si tota literis mandata fuisset, quanto magis cum Joannes testetur minimum esse gestorum christi quod scriptum sit, mundum, si omnia scriberentur, ad capiendos libros, non esse capacem, cumq; apostolos scribat, se reliqua dispositurum, quæ non scripsit.

Spectatam igitur huiusmodi nebulonum, verbis duntaxat evangelium crepantium, et ad scriptum evangelium omnia exigentium, opera vero nihil non nefarium, non scelestum et sacrilegum, cuius pretexto patrocinium, spectatam impudentiam, iactare verbum Dei, et germanum illius sensum, nunc demum velud e tenebris eloxisse, quasi vero christus ecclesiæ suæ, contra promissum suum, tot seculis discreta, subductumq; ab illis spiritu sancto, qui nobis religionem sanctam per manus tradidissent, eamq; doctrina et miraculis suis confirmarent, resedisset, nunc demum longo postliminio, in excellatis istis, et libidine, ac insolentia perditis prevaricatoribus, qui vt magis idonea spiritus sancti tabernacula, quam hactenus ulli sancti, ulli doctores forent, argerent mundum de peccato.

Qui docerent nos sola fide posse salvari, quod sola nostra est scriptum, sed ea fide, quam apostolus declarat, quæ per charitatem operatur, quandoquidem nec ea fides, qua montes transferat, valere possit quicquam absq; charitate, nedum ea qua in religione sua prevaricator.

Qui docerent violatum impie christi testamentum, subtracto sanguine illius domum populo, satis arguta illo, bibite ex hoc omnes, quasi illi omnes, aliqui alij fuissent

ḡm ap̄ostoli, ḡri iam sacerdotes constituti erant, aut ḡuasi Christus de solo
corpore non recte dixisset, hic est panis vivus, cum vivum corpus esse negt
sine sanguine, ḡuasiꝙ non sepius solius panis mencio fiat in ewangelio
absqꝫ vino, et in actis apostolorum non continuetur, ḡuemadmodum erat
perseverantes, in communicatione, et fractione panis, ut ecclesia etiam ex
scriptura, nedum ex optimis rationibus, recte statuisse liquido videri possit.

Alterum ḡri docerent Deum non esse adorandum in templis manu factis,
promiscuꝫ non servandum in ecclesia sacramentum, ḡuasi non manu factum
fuerit templum, de quo negociatores eiecit christus, dicens, eam domum
suam, domum orationis futuram, aut ḡuasi apostoli erarent, descendentes
sepius in templum adorandum.

Qui preterea docerent, sanctos non invocandos, quos christus iam non
servos, sed amicos suos vocavit, et assessores fecit inditiorum suorum,
tantum abest, ut invocari illos, et se ab eis rogari egre pati possit, presciti
cum docuit scriptura orationem iusti multum valere, et propheta dixerit
pro hac orabit omnis sanctus, honorandos autem eos, quis dubitet, quos
honorari a Deo patre, filius ipse testetur.

Qui item docrent imagines e templis eliminandas, quod scriptum sit, non
facies tibi sculptile, non addentes causam que antecedit, Non adorabis
deos alienos, et quod sequitur ad sculptile adorandum, ḡuasi vultus sit nor
adeo expers rationis christianos, qui vel deos alienos, vel lignum aut
colores adorare vel venerari deberet, et non eos sive christum seu sctos
eius, quos picture designarent, ḡuasiꝙ ecclesia non optima ratione
illas admisisset, ut pro libris essent ignare plebi, aut ḡuasi expediret
magis depictos apostatas cum columbis et radijs, quam christum
aut sanctum quempiam in domo vel templo foveri.

Qui demum docrent, impium esse monachorum institucionem, cum scriptum
sit, in sudore tuo vescēris pane tuo, et ipsi alieno viuerent, ḡuasi hec
scriptura, preceptum sit, et non maledictum, in omne genus hominum,
quod in omnes cuiuslibet ordinis homines est derivatum, omnis enim vita
labor, et ḡuasi non sit aliis labor et sudor, quam hic qui in agendis remis
aut graciendis malleis exercitor, ḡuasiꝙ non ex Ewangelio fluxerint.

religiones cyonachorum, qui relictis omnibus sequuntur christum, aut cum illis vsus opum alienarum obicitur, non pari ratione obici possit et apostolis, quibus sub pedes bona omnium proiiciebantur.

Denique qui docerent omnes christianos esse reges, et sacerdotes, quo ad spiritum, et proinde equalitatem populararem esse inter omnes deberi, quasi quis negat, quemlibet posse esse regem spiritu, qui sensus suos regit cum sacerdotem, qui fidem et orationes suas offerat deo patri, non autem propterea equales esse omnes et sacerdotes, ordine externo posse, cum percipiatur obediencia regibus et ducibus, omnemque animam potestatibus sublimioribus subditam esse debere, et cum assumatur ex hominibus, et vocetur a deo, qui offerat dona et sacrificia pro peccatis, jubeatque ut non vnicuique cito manus imponantur, ut singularis sit ordo sacerdotij qui confertur, et sacramentum constans per inspirationem gratie spiritus sancti et potestatis peccata remittendi.

Qui docerent postremo et prescriberent nobis, quales esse deberent episcopi, quibus dotibus prediti ex doctrina apostoli, quam illa pro exacto archetypo ad imitandum proposuit, adeo interim non excludens eum qui ysque adeo non assequatur, vt etiam quodam modo talem pontificem exigere videatur; qui homo sit, et condolere possit, his qui ignorant, et errant, quoniam et ipse circumdatus esset infirmitate, et qui quemadmodum pro populo, ita et iuxta pro semetipso offerret pro peccatis.

In summa, qui nobis, si deo placet, novas constitutiones, novas ceremonias quas edificarent constituerent, nihil interim de hac potestate sua docentes, quasi ecclesie vniversalis, traditiones ceremonie, non edificent, si quis ea pietate illis, vt initio statute sunt, utatur, aut quasi hec nostre non e meris fontibus, et fundamentis apostolorum et prophetarum emanasserit, vt clarius sit in sacris lris, q̃ vllis documentis sit opus, aut expediat ea impresens explicare, quasiq̃ vel ceci non videant, quam adeo nichil edificent, nove hec nova dogmata et ceremonie in ruinia, vt iuxta prouerb̃ dicunt, et destruant, et destruendent omnia.

Non potest itaq; clemencia sua satis mirari, non potest non indignissime ferre animo, ea vobis coram se pio et christiano principe producta et confessa, pretextu, et allegationibus verbi Dei, qui ipsum sincerum verbum Dei prorsus impune infamant, et extinguunt, non enim ecclesiastice recte dicit, qui scripturam allegat, si quidem nemo unquam hereticorum non scripturas allegavit, non scripturis est nixus, ut et demon dominum tentans, scripturas addyxerit, sed perverse, eremadmodum et nunc ministerumenta sua fecit, insanam plebem et perditos ac sceleratos homines ad pravam libertatem ad rapinas ac sacrilegia, ad cedes, ac incendia cogitando.

Ne autem Clemencia sua frustra terat tempus, declarando vobis cuantum erga religionem sanctam Catholicam, ac etiam erga se, exerceat et quam illa nichil faciunt pro vobis quibus nitimini, quibus novatum ritum religionis, sacramentum eucharistie de ecclesia eiectum. Monasteria, et templa spoliata, Plebanos, sacerdotes, Monachos, et Monachas expulsas, Burgrabium ac Consules, et alios officiales Civitatis exauctoratos, census dari prohibitos, sacra profanis mixta, contegere et excusare conantibus, cum satis sit vos ritum et instituta universalis ecclesie, tot seculis, tot miraculis, tanta auctoritate conciliorum, pontificum, Imperatorum, Regum, regnorumq; et nationum christianorum confirmata, unde reliqua omnia manant, violasse, et que dudum sunt damnata, in Civitate vestra resuscitasse, ac officiales deiecisse, idq; auctoritate propria, cum ab initio id muneris foreit senyo principum, prefectorum, et seniorum, de his, que tam in ecclesia, quam etiam in re publica, impendebant, disponere et statuere.

Proinde iustissime sacra cuius sua vos, et totam Civitatem suam Gdanensem, iuxta omnia divina et humana iura, iuxta etiam edicta sua iam premisse et condemnasse posset, ne tamen aliquid in negocio tanti momenti precipitanter adversum vos egisse videretur, suspendendam duxit eius Maiestas sententiam suam in hac re ad Conventum generalem proximum, ubi cum pleno senatu suo tam Regni, quam etiam terrarum Prussie, id decernet, quod iustum, primum, et Christianum Principem decebit.

Interim vero, cum hec ipsa negotia determinari adhuc non potuerunt, quorum gratia ad Maiestatem suam venistis, vult et mandat eius Maiestas, ut tutius

hic mancatis et expectetis, donec a dyte sua vltimum responsum habue-
ritis, et vt interea vos hic manseritis et continenter, vti hospites decet
conservetis.

Quod autem petivistis, vt dytas sua exequutionem decreti in causa fer-
beriana lati suspenderet, ad suum in terras prussie adventum, aut
ipsa consuleret vobis, quid in tam ardua causa facere debeatis, vel saltim
permitteret, vt cum amicis, aut inter vos ipsi super illa consilia capere
possitis, non videtur Maiestati sue decens et honestum, vt in ipsa causa
tanto tempore solenniter acta, et cum pleno senatu decisa, suspendere
et mutare deberet decretum suum, sed vult illud in suo robore et firme
tate conservarj.

Quia etiam Tillemannus hirszfelt cum Frebero compromiserunt in
causa sua coram Mte regia ad judicium Maideburgen, et illi judices
expensis eorum rationibus, et calculis, sententiam tulerunt, quam Mtas
sua confirmavit, Non etiam videtur eius Mti illam ase vel deberi
vel posse citra iniuriam alterius partis retractari, aut ad alios judices
seu arbitros remittj

Pronunciat autem eius Mtas contumaces eos omnes, qui citati coram
Maiestate sua non comparuerunt. Pronunciat et Civitatem suam Gda-
nensem qd mandata sue Mtis exequuta non sit, penas in literis et
mandatis suis contentas incidisse.

Exemplum citacionis contra Gedanenses,

Sigismundus etc.

Famatis, Proconsulibus, Consulibus, Scabinis, Judicibus, et alijs admini
stratoribus, officialibus necnon primatis civibus, Mercatoribus, opificibq
plebi, et toti communitati, ac Incolis civitatis nostre Gedanen, singulis
et vniuersis fidelibus meis, cum debitum relictis maiorem vestrorum

56)

vestigijs, et sacre Religionis observancia abiecta, novam et apostaticam
Sectam istoc induxissetis. Divinissimum Sacratissime Eucharistie Sacra-
mentum, Hungvam satis laudatam virginem Dei genitricem Gloriam
dominam nostram, ceteros{q} Sanctos, ac eorum Imagines et Statuas
blasfemavissetis, et modis indignis tractassetis, Ciboria, altaria, pictoras
in Ecclesijs confregissetis, et contumelijose eicissetis, Aurum, argentu,
Calices, patenas, Cruces, sacras vestes, Ceremonias, ac veterem ritum
Ecclesiasticum, a priscis sanctissimis patribus, vita et miraculis clarescen-
tibus, institutum, in omnibus{q} Regnis et dominijs Gloriamis, hactenus tot
seculis concorditer et inviolabiliter observatum, e templis sustulissetis,
Monachos et Sanctimoniales, aptis claustris, eicissetis, ipsosq{ue} ac sacer-
dotes alios, et Ecclesiasticas personas, ignominiosis spectaculis, turpiter
ac publice exposuissetis, ad vetitas nupcias, contra eorum professionem
ac votum, etiam invitos compulissetis, verberibus et alijs iniurijs
affecissetis, illorumq{ue} etiam, simul et Regni domini Ejus Wladislavicy
ac Abbatum et aliarum Ecclesiasticarum personarum, reddit{us} et proven-
tum temere occupassetis, Jurisdictionem Regalem eiusdem domini Ejus Wla-
dislavicy in Civitate et dicione vestra impedivissetis et exercere prohi-
buissetis, Blasfemos hereticie Secte predicatores, legittimis Rectoribus
expulsis, instituissetis, aliosq{ue} subditos nostros ac vicinos, labe peniosi
exempli contaminassetis, et subinde, ut humana pariter cum divinis confun-
deretis, ni Maiestatis nostre derogationem Burgrabiu, et officialis nros
proconsules, consules, Scultetum et Scabinos, propria temeritate, exauto-
rassetis, et multis obprobrijs affecissetis, aliosq{ue} in locum Eorum indebite
suffecissetis, patrias Leges, plebiscita, nostrasq{ue} et Sedere Sorum nostrorum
Inscriptiones, temerassetis, ac novas, pro vestra libidine seditiose sanxissetis
et confecissetis. Oratores et Consiliarios nros nisignos, et Serenissimi Regni
Dominum Ejus Wladislavicy, ac alios nros, et Judicum a nobis deliga-
torum Nuncios indignis contumelijs et iniurijs affecissetis, Malam et
levem monetam contra prohibitionem nostram, et Consiliariorum Camere
nostrarum pecunijs cudissetis, Literas et mandata nostra regia Supremi
mero transgressi foissetis, ac indecenter et contemptim accepissetis, Ne
sententie, pro Nobili Eberhardo Freberr a nobis late parumissetis, multiplices
periculosasq{ue} tumultus, ac seditiones publicas excitassetis, atq{ue} subditos
nostros, ac ceteros vicinos vestros, violentiam, etiam nobis prohibentibus
multifariam nitolissetis et pleraq{ue} alia indigna commisissetis.

Sepenumero vos tum literis, tum Nuncijs nostris benignissime ac etiam
severe admonuimus, vt aliquando resipiscentes, a multimodis huiusmodi
prevaricationibus, et insolencijs demceps abstineretis, et ope consequende
venie, omnia in pristinum ordinem et statum reponeretis. Verum nec
benignis admonitionibus, nec severioribus mandatis nostris, vllus apud
vos locus hactenus fuit, quin immo missis ad nos superioribus diebus
Nuncijs vestris, tanqz premissorum facinorum rationum redditoris,
liquida pertinacie vestre testimonia aperte declarastis, positaqz fronte
crimen magis agnoscere et tueri, qz diluere, ac simulatam magis,
qz veram obedientiam vestram nobis nunciare non erubuistis. Et
insuper grossam incolas Civitatis istic nostre principuos predictorum
malorum Authores et Literatos, ac Apostaticos Concionatores a
nobis evocatos, non modo non statuistis, vt mandaueramus, sed solita
pertinacia eos detinendo, ad nos venire prohibuistis. Unde non
absque, id quod vestra merebatur audacia dudum in vos decernere
et statuere potuissemus. Sed ne quis pij ac Christiani principis
clementiam in nobis desiderare videatur, aut vos non admissa defen-
sionis, aut non vocatos, precipitanter condemnatos, exposturos posse
vos omnes et singulos Inpraditos, ac vniuersitatem vestram presentium
literarum serie, et edicto peremptorie citamus, et citari mandamus,
districtius precipientes, vt feria secunda post festum nunc instans
Sanctorum Trium regum proxima, coram nobis, aut Judiciorum
Regni et Curie nostre presidentibus, hic Spijre, vel vbi tunc
cum Curia nostra constituemur, per vestros Syndicos, vel procuratores,
sufficienti mandato instructos compareatis, ad videndum et audiendum
vos, qui Clementia nostra regia abutimini, ob premissa facinora, ac prevari-
cationes, iuxta legum et Regni nostri Sanctiones condemnari, et legittimas
temeritatis vestre penas iam tandem in vos decerni vel saltem adhuc
causas si quas habueritis legittimas, et rationabiles, cur id fieri non
debeat allegand, audiemur enim ne et grauissimam vltionem a domino
Deo, et apud alios omnes Reges principesqz ac nationes Christianas tur-
pissimam notam, subeamus, si ad tam indigna et nefanda facinora vltrig
connivuerimus. Certos autem vos esse volumus, quod etiam vobis non
comparentibus, nichilominus in vestram contumaciam, ad omnia superadicta
contra vos juxta juris ordinem procedi faciemus. Volumus quoqz et

decernimus, has nras citacionis litteras, vt ad singulorum citandorum noticiam deveniant, post illarum in consulari congregatione factam publicationem per edictum preconis in loco Judicij aut in valvis maioris templi Beate Marie virginis, et nonnullarum aliarum ecclesiarum dominico aut alio festo die, populo ad divina officia congregato more aliorum edictorum, affigi et publicari, eamq; publicationem, eamq; publicationem omnes et singulos quorum interest perinde arctare ac si in eorum presentia executio presentium facta fuisset, Datis in Conventu generali Pyotrkovien feria sexta proxima post festum Sancte Lucie virginis, Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, Regni nri decimonono.

Quittancia generalis pro heredibus olim Joannis Boner, et Justo Ludovico detio

Sigismundus dei gratia etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis, Quia cum Princeps olim Joannes Boner Burgrabius Zuppariusq; ac magnus procurator Cracovien., in Ostrzecz ac Bapstin Capitaneus fidelis noster dilectus, altissimo postolante morte naturali preventus ab hac vita sublatus esset, Nosq; tam quondam ipsum viuentem, q̃ per Nepotes et heredes illius ipsa mortua in suppremum omnium rerum ac negociorum ipsius tutorem ac executorem humiliter exorati ac postolati fuissemus. Habitis igitur in prospectu servicia ac quamplurima benemerita fideliaq; obsequia que ipse olim Joannes Boner dum viueret, tam Ser^mis olim fraternis charissimis Regibus Polonie germanis et predecessoribus nris charissimis, quam etiam nobis, et antequam ad hoc Regnum assumpti fuissemus, et postquam hoc ipsum regnum feliciter adepti essemus, usq; ad extremum vite ipsius horam, tam in rebus, mensam nostram, ac negocia priuata concernentibus, quam etiam in rebus ac negocijs rempublicam Regni nostri tangentibus animo gratuito ac fidelissimo et summa dexteritate, non sine integerate fidei constancia sedulo exhibere consuevit, cuius etiam vestigijs inherentes, predicti heredes impositorum diligenti studio exhibebunt, Cupientes igitur, vt tam ipse Joannes olim Boner, et preterea ipsum Nepotes illius vbiq; et apud quemlibet pro sua spectata virtute, et sincera fide eggregiam laudem, et fidelium meritorum condignam habeant commendationem, ac etiam providentius accuratius vt a quibusvis calumnijs sinistrisq; obtrectationibus et pernicijs impositorum impeticionibus clam vel palam fiendis ex quo aliqu

calumniose convenirj aut turbarj, ac in animo torqueri possint, ipse
Joannes Boner liber prorsus immunis, et exemptus fiat et in cuncta ema-
neat, cuiusq; fiant et emanent Nepotes et heredes, q; etiam ut tam
nominatos Nepotes et heredes, ad patrem ipsorum exemplum stimulantes
servicijs ac obsequijs nostris paratiores diligentioresq; faceremus, primo
tam ipsius Joannis Boner, q; illius Nepotum precibus benigniter annuen-
dum et exequutoriam suppremam rerum omnium ac personarum
in nostram susceperimus Regiam potestatem, ac protectionem prout et
presentibus literis nostris suscipimus, ac confirmamus, Quia vero pro
nos ipsos et propter urgentia nostra et regni nostri negotia quibus conti-
nue ferme sine respiratione detinemur, et ex dignitate nostra regia cunctis
et singulis inter et presse non valemus, subdelegarimus ac plenas
vices nostras dedimus, prout et presentibus damus ad omnia ea disponenda
et exequenda, que nos ipse et exeq et disponere deberemus, vel possemus
Generoso Severino Boner Burgrabio, Zupparioq; ac Magno procreatori
Cracovien. Ejusdem et Capistranen. Capitaneo; Et Nobili Justo Ludovico
decio Secretario et Carbario nostro Vrjeliciens. fidelibus dilectis.
sicuti alijs literis nris desuper emanatis declarauimus. Deinde quia
dictos subdelegatos meos, cum ipsius olim Joannis Boner Nepotibus
et heredibus, veram sufficientem et finalem effecte completam et
efficacem, nonullis consiliarijs nostris tunc essentialiter existentibus
fecimus rationem, et calculum, in primis de Zuppis nostris Cracovien
utriusq; Salis Bochnen videlicet et Vrjeliciensis a die vigesima nona
decembris anni millesimi quingentesimi vigesimi secundi, usq; ad diem
vigesimam sextam decembris anni millesimi quingentesimi vigesimi
tercij. Nam ipse Joannes Boner de eisdem salinis pro annis duobus
videlicet anno millesimo quingentesimo vigesimo primo et secundo nob
ultimam suam fecerat rationem, prout hec omnia literis nostris die sibi
Jovis. Primo millesimo quingentesimo vigesimo tercio date, clare
testantur, cum ingenti remedio nro directis administratis et pro-
visis tam de eisdem Zuppis in se proprijs negocijs q; etiam pecuniis
tam in auro q; in moneta ex notatis Zuppis, tam circa hanc rationem
anni videlicet millesimi quingentesimi vigesimi tercij, quam circa annos
mox duos proxime precedentes de quibus ipse Joannes Boner vivens, nob
ut supradictum est rationem fecerat, pro nobis remanentibus.

565

et prouemientibus. Item de pecuniis a Consulatu Gedanen. perceptis, simi-
liter ex camera Thalis Rothemici in Bidgostia Theloneis terrestribus et
aquaticis per eundem Joannem Boner administratis pecuniis Cogorve
ex capitaneatibus Zathorien. et Osterijan. Cymen. perceptis. ex residuo pri-
uilegii Jubilei in defensionem contra infideles nobis concessi. Preterea
de residuitate decimarum ab Illma domina Jsabella de Aragonia Cyrdiolani
et Bari duce ex contractu cum suggeneis facto Dnm Ludovicum
anno superiore in Italia percepit Byeborowien. Czeromien. et in Brocke
wijez predijs et bonis Regalibus nostris, item de Mkersien. et in Trzc
binia arboribus, de bonis Lubazowien. perceptis, deinde de omnibus
pecuniis per varios Clericos et officiales nostros ad supradictum Joannem
Boner comportatis, et generaliter de omnibus et singulis pecuniis, et
auro et moneta undecunq. et a quibuscunq. pro tempus stante hac ratione
incipiendo videlicet a die quinta decima octobris anni millesimi quingente-
simi vigesimi primi, qua die ultimam generalem rationem cum iam supradicto
Joanne Bonner fecimus usq. ad diem quartam decimam Decembris anni
millesimi quingentesimi vigesimi tercij. quomodolibet, vel ex vra generali
vel speciali commissione perceptis, Item de officio magni Procuratoris
Cracovien. a tempore mortis olim Magnifici Nicolai Jordan castellani
Wojnicien. et Magni Procuratoris Cracovien. in fine anni vigesimi per
annos duos millesimum quingentesimum vigesimum secundum, et mille-
simum quingentesimum vigesimum tercium, item de edificijs Cracovien.
pro annis tribus videlicet millesimo quingentesimo vigesimo primo, nec-
non millesimo quingentesimo vigesimo secundo, ac millesimo quingentesimo vigesi-
mo tercio, similiter de auro et argento, que nos eidem in Germania, et hic
vel alibi ad reformandum dati et extradito, necnon de pannis coccineis
auro intextis, et sine auro, similiter lancis aliisque omnibus muneribus
in nostram et Reipublice regni nri necessitatem datis simul cum cibq
pecuniis, ad generalem et specialis commissionis nras, in varias nostras
et Reipublice regni nostri necessitates multifariam expositis et dis-
tributis, simul etiam cum omnibus expositis pecuniis in auro, et in monetis
rebus et muneribus omnibus ad Sexmi domini regnis consortis nostre
charmi necessitatem expositis. Postremo de omnibus et singulis rebus
negocijs administracionibus factis commissionibus q nos eidem Joanni
Bonner temporibus preteritis quomodocunq. creditis, et commissis et q
cum ubiq. fideliter, dexterq. administratis et exequutis nobisq. de oibus

et singulis vndecunq; sic p̃ceptis pecuniis tam in auro q̃m moneta pro
predicto olim Joanne Boner corũ patruo satisfecerent, et plenarie exol-
verent, simul cum auro, argento, clenodijs, et margaritis, q̃cumodocunq;
illi ad reformandum datis, q̃ omnia plene et integraliter nobis reddi-
derunt, assignaverunt, et similiter de omnibus et singulis alijs rebus
quibuscunq; nominibus vocitatis, nominatis et expressis, quas pro suis
pro expressis hic habere volumus nobis satisfecerunt, sic quod in presens
nichil omnino pecuniarum vel rerum nrarum apud eundem Joannem
Boner iam defunctum, vel eius Nepotes remansit, sed tam de pecuniis
in auro et in moneta, q̃ etiam de auro, argento, clenodijs, margaritisq;
elaboratis, et non elaboratis, nobis satisfecerunt, et exolverunt, eo
tamen expresso, quod ex ratione vltima Ruppartum nrarum (ratione)
anni millesimi quingentesimi vigesimi tercij pro nobis remanserant
Salis elaborati, pro quo impensa et expensa omnis, in rationem posita
fuit, in deliberandis videlicet Banis duo millia septingenti quinquaginta
unus in Gazis mensura nulla remansit, In Bochnensi vero Banci
Maiores centum undecim, Communes decem et octo fertalia octingenta
triginta novem in Gazis etiam Salis cocti nichil remansit, ex ratione
item Magne procuracionis annorum duorum remanserunt, pro nobis
marce centum nonaginta sex grossi octo, denarij decem, hec omnia sic pro
nobis tam ex Salinis vtriusq;, q̃ magne procuracionis officio remanentia
Generosus Severinus Boner Burgrabius et Ruppartus noster etc. in fu-
turam propriam suscepit rationem, tenebiturq; nobis de his in ratione
anni millesimi quingentesimi vigesimi quarti respondere et reddere rationem
ita vt Nepotes predicti Joannis Boner de his quoq; liberi sint, et
inquietari non debent, Ex hac autem ratione iam vltimo cum suis dictis
subdelegatis nris heredum ac Nepotum (vt fati) Joannis Boner nomine
facta, Remansimus eisdem obligati defalcatis hinc inde p̃ceptis de expo-
sitis, in summa pecuniar videlicet flor. viginti novem millium centum
septuaginta quatuor grossis, viginti septem cum medio triginta grossis po-
lonicalibus florenum quemlibet computand, quam quidem pecuniarum summam
per eorum patrum sic pro nobis exposittam promittimus verbo nostro regio
pro nobis et successoribus nostris eisdem Nepotibus q̃ alias literas nras
inscriberes, cosq; de eadem summa, et illius solutionis certos faceres,
ita vt q̃ omnia clementia nostra tam preteritis eorum patenti, q̃ iposum

Negotum fideliis meritis et obsequijs respondeat, Quem quidem olim Joannem
Boner ingenue fatemur nobis et reipublice Regni nostri in omnibus et singulis
premissis iuste fideliter et integre, ac fructuose, cum ingenti studio, servi-
visse, ac demum satisfecisse, Decernimusque nram et cui procuratu tam in auro
quam in moneta, reliquaque omnia et singula ubinis locorum deputatis ctcra
commodo nostro et reipub. regni nri administrasse et expendisse, et quam multa
antea tempora, ut in hac ultima quoque ratione de preclaris animorum pote-
nijs magnis commissis fuerimus tam privatis necessitatibus nostris, q
reipublice Regni nostri comodis servivisse, Quamobrem eundem Joannem
Boner et successores negotis et heredes eius omnesque alios inde ab
omnibus impeticionibus molestijs et impedimentis liberos immunes et
securos esse facimus de omnibus et singulis rebus premissis et quibuslibet
rebus nominatis et expressis, vel non expressis, nullis omino exceptis
palam vel etiam secrete nobiscum unquam habitis contractis, et exequutis
usque ad ultimam eiusdem Joannis Boner vite horam et datam presentium
facte rationis nobis pro eodem et supra expressis subdelegatos nros
negotum suorum nomine, nro atque nostrorum successorum et heredum
vigore ac nomine quietamus absolvimus, et de certo liberos facimus, ac
palam de mente nostra absolutum pronunciamus, presentibus litteris nris
volentes autem ut ipse Joannes Boner, et eius successores vel heredes pos-
tea omnium pro nobis et regno nri fidelissimam administra-
tionem, aut quarumcunque aliarum rerum occasione a nemine unquam possint
quoquomodo impeti, vel molestari. Ipsum et eius successores de regia nostra
pro suis benemeritis in illum clementia et benignitate quietamus, absol-
vimus et eliberamus, eisdem verbis clausulis, juncturis, et articulis, quibus
unquam egerit vel egerint, contra quamcunque humana industria inventa
impeticionem aut contrarietatem, Que omnia hic tanquam de verbo ad verbum
pro expressis haberi et contineri, volumus, ipsumque Joannem Boner
et eius successores et negotia sic gesturo et in cunctis quietatos absolutos
et liberos decernimus, Ut autem juris scripti patrocinio tutati Joannis
Boner negotia et successores, quieti et securi semper remaneant hoc scriptis
literas nras cum matura deliberatione manu nostra regia subscriptas, illis
dandas decrevimus, in fidem et robur omnium premissorum regio ducatus sub-
jacentem quibus sigillum nrum est appensum testimonio literarum. Datum Tauris
die vigesima nona Maij. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Regni
nostri anno decimonono.

Sigismundus rex

Quittancia generalis et demonstracio solvtionis debiti Nepotis Generosi olim Joannis Bonner.

Sigismundus etc. Significamus tenore presencium vniuersis quibus expedit, Quia cum Generosis Severino, francisco, et Jacobo Bonner fratribus germanis, Nepotibus Generosi olim Joannis Bonner, Burgrabij Cracouiensis etc fidelibus dilectis rationem et calculum fecimus, de omnibus et singulis officijs, Tenutis et Administrationibus per predictum olim patruum illorum, nostro nomine post nouissimam cum eodem factam rationem, a die quinta decima Octobris anni millesimi quingentesimi vigesimi primi, vsque ad quintamdecimam decembris dicm mortis sui, anni millesimi quingentesimi vigesimi tercij quomodolibet gubernatis, et administratis, cum nostro scitu commodo ac vtilitate et diligenter et fideliter directis, nullis omnino redditis exceptis premittendis hec omnia speciales litere nostre desuper date, quibus illos quittos ac absolutos liberosque fecimus clarius et expressius testantur. In qua quidem ratione sic cum eis facta, presentibus Nobis ac magnifico regni nostri certis Consiliarijs ac Baronibus, remanemus eisdem, Severino, Francisco, et Jacobo Bonner in summa florenorum viginti nouem millium centum septuaginta quatuor, et grossis viginti septem cum medio numeri et monete Polonicalis triginta grossos in quemlibet florenum computando. Volentes autem prefatos fratres et heredes, eorumque legittimos successores de summa prefata certiores et indemnes reddere, promittimus et polliciemur bona regia fide pro nobis et nostris successoribus, quod eisdem heredibus, aut eorum successoribus vel heredibus summam prefatam videlicet viginti nouem millium centum septuaginta quatuor flor. modo infrascripto soluemus sufficienterque eisdem pro illa satisfacimus, et facere nos primitus obligamus In primis suis molendinis nostro Camijenijs et Dambrij sitis fluvio Rodawka in suburbio Ciuitatis nostre Cracouiensis, ante valvam superiorem situato vna scilicet mensura, quam prefatorum heredum patruus de gratia nostra regia ad extrema vite sue tempora tenuerat, et post illius mortem ad nos libere redierat, summam quingentorum millium florenorum pro triginta grossis computando reformauimus ac inscripsimus vsque alias literas nostras desuper illis exhar

ordinem dictum sancte Marie Theutonicorum in Prussia, Illustris olim
princeps dominus Ericus Stetinen. Pomeranie, Cassubie, vandalie dux
et princeps vergie, multa in ipsis bellis, et controuersijs, fauoribus, benivolentie
et obsequijs sui, erga predictum beremissimum parentem nostrum, officia exhibere,
et suppetias non vulgares illius Mtj de fouere adversus hostes cius spectare
solitus erat, ac ob eam causam illi arcem Bithow vnacum oppido ibidem consistk
necnon Civitatem Lowenburgk, cum vniuersis fructibus et prouentibus
ad illa spectantibus, idem beremissimus parens noster ad arbitrium et beneplacitum
suum concesserat, vt ex lris et alijs monumentis abunde constat, Deinde vero
ad eam benivolentiam et connectionem, que inter ser^mos progenitores nros
et predictum dnum Ducem Ericum, ac posteros eius intercesserat, eciam affi-
nitas et necessitudo accessit, que ad hec vsq; tempora mutuis officijs et
amore coaluit, ita vt predictas arces et oppida repetita quidem aliquoties
tamen non granatim et nos et ser^mi fratres ac progenitores nostri possiderit

a nominatis dominis ducibus pomeranie citra jurium regni sui detrimentum
ferebant, Cum postremo nos ad has terras nras prussie venientes nuntiaret
offitiosissime illustris princeps dominus Georgius stetinen, pomeranie,
Cassubie, vandalie dux. et princeps regie Nepos noster ex sorore tgar mus,
et suam ac illustris fratris sui germani domini Barnimi singularem erga
nos propensionem animi, et observantiam declaravit, remisitq nobis et suc-
cessoribus nostris de dote illius mc olim duc anne sorori nostre a prefato ca mo
dno rege casimiro patre nostro promissa quatuordecim millia annorum
rengaricalium. volentes vicissim erga illustritates earum uberiorem amo
rem nostrum testari, et illas, earumq successores, nobis a Regno nostro,
arctiori benivolentia et coniunctione devincire, attamen juribus Regni
nostri non decesse. illis et earum heredibus masculis arces et oppida subdita
Bijthow et Lowenburgk, cum omnibus et singulis eorum subditis, vasallis
fructibus, libertatibus, eminentijs, censibus proventibus, juribus, et pertinentijs
universis, sicuti illa, ad arbitrium et beneplacitum, vt dictum est, Serenissi-
morum predecessorum nostrorum, et nostrum hactenus, usu et tractu tenuerunt,
de consilio et consensu dominorum Consiliariorum tam spiritualium
et secularium Regni nostri tenen, habend, fruend, utend, et possidend, in
perpetuum jure feudi pro nobis et successoribus nostris regibus polonie
damus et concedimus, ac illos, de eisdem sis arcibus et oppidis Bijthow et
Lawenburgk investimus, et tenore presentium damus et concedimus, illosq
et eorum heredes de ampliori gratia, et benivolentia nostra, ab omni servitio
et juramento necnon tributis et exactionibus quibuscunq nobis et posteris
nostris, ratione dictarum arcium et oppidorum prestandis dimittimus, et
liberos facimus. polliceamur preterea dictos principes in spe dictis arcibus et
eorum pertinentijs quantum in nobis est defendere et tueri. Teneantur tamen
et obligati esse debent prefati domini fratres, et eorum successores ad singulas
successorum nostrorum Regum polonie Coronationes, vel venire ipsi, vel
Consiliarios aut officiales suos mittere, qui hoc ipsum jus feudale, de possessa
arcibus et oppidis, ad regnum nostrum pertinens, ita vt iam dictum est,
recognoscent, et tras eius recognitionis et renovationis ipsius oppidi feudi
que gratis illis dari debent a novis Regibus accipient. Qd si aliqua legitima
causa impediti, hoc officium et debitum in Coronationibus successorum nro

non fecerint, nichil ea negligentia illis detrimenti afferre debebit, dum modo
alio breui tempore, post coronationem id prestare curauerint. Vbi vero ipi
illustres principes domini Georgius et Barnimus Duces pomeranie, sine legittis
masculis sendi heredibus, vel eorum legittimi masculi sendi heredes, non
relicta prole virili, decederent, stirpes et progenies eorum masculas et legitimas
deficeret, extunc predicte arces et oppida Bijtgow et Lowenburgk, cum omnibus
suis bonis, subditis, vasallis, fructibus, libertatibus, juribus eminentijs
prouentibus et pertinentijs vniuersis, ac cum pleno jure, et possessione,
citra omnem difficultatem, ad nos et posteros nostros Reges polonie redire
debebunt. Salua tamen interim petitione jurisditione, prouentibus, decimis,
seu episcopalibus, cum villis bonis et piscaturis ac libertatibus ad reuerendum
dominum Epum et Ecclesiam Vladislauiensem ex antiquo pertinentibus. In cuius
rei testimonium sigillum nostrum est putibus appensum. Actum et datum in
Ciuitate nostra Gedanensi die Inuentionis sancte Crucis. Anno domini 1526.
Regni nostri anno vigesimo. Presentibus Reuerendo in Christo patribus dnis
Petro Thomicki Cracouiensi, et regni nostri vicecancellario, Hieronymo Drze-
wicki Vladislauiensi, Joanne Lathalski Posnaniensi, Mauritio Ferber Warm-
iensi, Andrea Crzicki premisliensi, et Joanne Conopacki Culmensi Epis, necnon
magnificis venerabilibus et Generosis Cristophoro de Schidlowiecz palatino
et Capitaneo Cracouiensi et regni nostri Cancellario, ac Viradiensi, Sthephano
Gostyniensi Nove Ciuitatis Corzim Camboriensi et Lukomiensi Capitaneo, Sta°
de Coszielecz, posnaniensi, ac Gnesnensi, Bidgostiensi, et Stumensi capitaneo.
Andrea de Thanczin Sandomiriensi, et Belsensi, Chelmensi, Crasnostawiensi,
Rathyniensi et in Ogyiecz Capitaneo, Nicolao de Coszielecz Calisiensi et Brestensi
Capitaneo. Hieronimo de Laszko Viradiensi. Joanne de Lusianis Culmensi
et Capitaneo Radzimensi, Georgio de Baysen Gnesnensi et Gneznensi
Capitaneo, Georgio de Conopath pomeranie et Gneznensi Capitaneo, palatinus
Luca de Gorka posnaniensi et Capitaneo Gnesnensis polonie generali. Nicolao
de Schidlowiecz Sandomiriensi et Regni nostri Thesaurario, ac Kadensi et
Osterodensi, Zathoriensi. Czepiczensi, et Olstinensi Capitaneo. Joanne Comite
de Tharnow Wojniczensi et Capitaneo Sandomiriensi, Joanne de Coszie-
lecz Tho Lanciciensi et Capitaneo Thorunensi, Petro de Ghoszewo Inowla-
dislauiensi. Joanne de Tharnow Sandecensi et Capitaneo Pilsnensi. Jarnsseo
Grojeczewsky Wyschoviensi, ac Bydgostiensi et Tzebowskiy Capitaneo
Stanislao de Gostowa Bijcensi, et Capitaneo Opoczensi. Joanne de Tha-
czyn Lublinensi, Ludouico de Mortangen Elbingensi et Capitaneo,
Pokrzywnicensi, Joanne de Rogizna Plocensi et Capitaneo Brattzlauiensi

Joanne Rosdrazewski Camerario, Castellanio Nicolao Rzialinski Rebrzinen et Capitaneo Brodnicen, Jorgio Thargowski Culmen et Mirchotkemijt Capitaneo, Michaele Zelistawski Thorunen et Nowen Capitaneo et Arthario Czemc pomeranie et Capitaneo Glogouien Cancellario Joanne Carnkowski Cracovien et Gembinicien prepositis, Joanne Choyenski vtriusq; Juris doctore Archidiacono Cracovien Nicolao Zamoyski Vroy nicien Thesaurario Sandomiren Canonicis Cracovien, Stanislao Thurlo de Gzekarzewijcz Archidiacono Lublinen et Canonico Cracovien Secretarijs nostris, Nicolao Thomickj Tribuno Lancicien ac Costen Pisbrey et Conimen Capitaneo prefecto Stabuli nostri, Silvestro Ozarowskj Cancellario nostro ac Zamichostien Capitaneo, Joanne Thurlo de Gzekarzewijcz Judice Curie Regni nostri, et Simone Chstowijckj Magistro Coquine nostre, ceterisq; dignitarijs officialibus, et antiquis nostris fidelibus dilectis. Datum per manus prefati Reuerendi in xpo patris dni Petri de Thomicz epi Cracovien et Regni nostri vicecancellarij Gnesen nobis dilecti.

Ad eiusdem Reuerendi in xpo patris domini Petri Thomickj epi Cracovien et R.P. vicecancellarij

Decemodo millia soluenda pr3 prefatis dnis ducibus Pomeranie

Sigismundus xpo. Significamus xpo. Quia cum venisset ad nos in Cuiitatem nostram Gedanen. Illustris princeps dns Georgius Stettinen Pomeranie. Cassubie, Vandalie xpo dux, et princeps Regie Nepos noster ex sorore Charissimus, et inter alia nobis declarasset, dotem Illme olim principis dne Anne matri sue et sororis nostre charissime, quam felicis memorie Rex[mus] princeps dns Casimirus rex, parens noster charissimus Illustri principi dno Bogislao patri suo designauerat, nondum esse solutam, et rogasset nos suo et fratris sui Illustris principis dni Barnimi Duces Pomeranie xpo nomine, vt ipsam dotem illis grolurg.

Nos acceptata hac relatione et documento, licet post tanta temporum intervalla nesciamus prorsus qua causa id debiti eo usq; sit productum, et nos maioribq bellis ac difficultatibus implicati simus, q. dictus dux^mus parens ant fratres sp decessores nostri fuerunt, ad quos hec solutio propinquius spectabat, Tamen cognoscentes dictorum Illustrium principum dominorum q. corgij et Barnimi stetinen et pomeranie ducum singularem erga nos amorem et observantiam, dolentesq; illos nobis et regno nostro benefacientia nostra demereri, ac singularem benivolentiam nostram, qua illos prosequimur, alijs testatam facere, ipsis ratione tocius sp dicte dotis, summa decem octo millium florenorum hungaricalium in anno nos et successores nostros exolutueros firmissimus, et pactibus literis nostris submittimus ac obligamus. promittendo in verbo nostro regio, qd ad festum purificatios domine nostre sancte gratie anni futuri millesimi quingentesimi vigesimi septimi quatuor millia florenorum hungaricalium ni anno, et deinceps singulis annis pro eodem festo purificationis beate gratie p duo millia florenorum hungaricalium. usq; ad exolutionem tocius summe prefate, decem octo milium florenorum hungaricalium in anno numerari Illustri bq eorum, aut Nuncio cum plena potestate ab eis misso in pretorio Civitatis nostre Gedanen faciemus. Ipsi vero dni Duces, et recognitionem solutionis sibi quotannis facte, dare. sub sigillo suo, et post totalem solutionem sp dicte summe decem octo milium florenorum hungaricalium in ultimo termino penes literas nostras nobis aut successoribus nostris reddere teneantur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est pendens apposicum. Actum et Datum in Civitate nostra Gedanen die Invencionis sancte Crucis. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto. Regni nostri anno vigesimo.

Sigismundus Rex manu propria

Relaxatio suspensionis libertatis a Theloneis antiquis Civibus Gedanen

Sigismundus &c. Significamus &c. Quibus nos de consilio et consensu Omnium utriusq; status Consiliariorum nostrorum et Nunciorum terre sp Regni nostri, in alio Comitiis generali pyotrkonien, ante biennium acto,

congregatorum, libertates, q̃ plurimis Ciuitatibus et oppidis, tam nostris q̃ spiritualium et secularium, a soluendis theloneis nostris antiquis, p̃ nos, predecessores q̃ nostros concessas, propter reipublice ordinem necessitatem, ad quinq̃ annos suspenderimus, ita, vt deinceps quilibet negociator intra terminos ipsius quinquennij de subditis Ciuitatibus et oppidis liberis, a rebus et mercibus suis, ipsum Thelonetum antiquum nobis solvere, idq̃ theloneatoribus nostris reponere teneatur. Tamen annectes huiusmodi exhortationibus Famatorum proconsulis consulum et Ciuium Ciuitatis nostre Cracouien, ac in prospectu habentes, ipsorum erga nos et predecessores nostros, et rempublicam regni nostri, eximia benemerita, ac seruitia, que nobis, et ipsi reipb̃ nostre, pluries exhibuerunt, et hactenus studio indefesso exhibere non pretermittunt, etiam in vrgentissimis ipsius reipublice, presertim vero bellicis necessitatibus. Quibus q̃dem seruitijs nominati Cines Cracouien, se nobis, ac vniuersis proceribus regni nostri, non vulgariter comendatos, gratosq̃ et acceptos reddiderunt, simul ac nobiscum reputantes, ac mature expendentes priuilegia eorum Consulum et Ciuium Cracouiensium, p̃ nostros predecessores vtriusmodi polonie reges, ac nos, illis gratiose concessa, et p̃ nos confirmata, suspensis q̃ eisdem libertatis ac immunitatis eorum p̃ nos ad quinquennium, vti premissum est, fuerant, quo ad ipsos Cines, negociatores, et vectores Cracouien, de voluntate, et consensu consiliariorum nrorum et Nuncios terrestrium, in presenti Conuentu generali congregatorum, relaxamus et relaxamus p̃ presentes. Quocirca mandamus vobis vniuersis et singulis Theloneatoribus in Regno nro vbilibet existentibus, ac eorum vicegerentibus, vt ipsos mercatores, negociatores, et quoscunq̃ Cines Cracouien, eorumq̃ vectores p̃ regnum et dominia nostra cum rebus et mercibus eorum libere, et sine quouis impedimento transire, et eas ducere permittatis. Theloneumq̃ nro antiquum ab illis exigatis. Pro gratia nostra. Dat̃ in Conuentu generali p̃fatorum Piotrekouien sabato proximo post festum Conuersionis sancti Pauli Apostoli. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto. Regni nostri anno vigesimo.

Reuerendo in chro patri dño petro de Thomicz Epo Cracouien et Regni polonie vicecancellario

791 – # Confirmatio limitum pro dño Epiſcopo Wladiſlauienſi.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam, ea literis mandantur rationabiliter, que in perpetuum durature ſunt, et eorum que juſticie ordine ſeruato tranſacta ſunt, teſtimonium et noticiam poſteris phi-beant, Nos itaq3 Zigiſmundus dei gratia rex Zigniſcamus vo. Lnia Rrdus in chriſto pater dominus Gathias dzewiſzky epus Cuiaviend. et Pomeranie ſincere nobis dilectus, ad noſtram preſentiam accedens humiliter ſuo et ſue eccle Wladiſlavien nomine ſupplicauit, vt infraſcriptum actum in gra-cibus p judicem et Scabinos terre pomeranien celebratum et Sigillis eorum Sigillatum auctoritate regia confirmaremus, et confirmari faceremus, Cuius quidem actus de verbo ad verbum tenor ſequitur et eſt talis In nomine domini amen. Nos Leonardus de Zambrowa, Gotgardus de Redlyn et Joannes Loca judex et Scabini terreſtres diſtrictus dirſchovien, ac judices Commiſſarij p. Magnificum dominum Georgium de Conopath palatinum pomeranie et Capitaneum Gneven, cauſe et cauſis, ac partibus infraſcriptis Dati et ſpecialiter deputati, Zignificamus tenore putinm quibus expe-dit vniuerſis et ſingulis tam putibus q futuris harum noticiam habitis Quomodo littere commiſſionis p Serenissimum dominum palatinum pomeranie in perſonas noſtras de mandato Sereniſſimi Principis et domini domini Sigiſ-mundi dei gratia regis Polonie Magni ducis Lithuanie Russieq3 ac totius prutzie domini et hereditis, domini noſtri clementiſſimi, facte, nobisq3 pro parte Rmi in chro patris et domini dni Gathie eadem grā epi Cuiavien et Pomeranien preſentate et p nos reuerenter recepte ſunt, quarum tenor ſequitur et eſt talis Georgius de Conopath palatinus Pomeranie et Gneven Capitaneus. Vobis Nobilibus, et Strenuis Leonardo de Zambrowa Gotardo de Redlyn, et Joanni Loca dirſchovien diſtrictus judici et Scabinis terreſtribus, in abſentia vero alterius veſtrum, Ottoni Marquardi, vel Nicolao Lubodzieſky, putinis vobis ſignificamus ortas multiplices et varias lites, diſſen-ſiones q3 inter villam Groſzyno Rmo duo epo Cuiavien ſpectato ſiteq3 eccle Wladiſlavien ptinentem ex vna, et villam Dobrzewyno Nobilium Gotgardi et Gathei Dobrzewyuſzky occaſione granicierum ex altera partibus, Similiter etiam inter ſonominati Rmi dni epi bona ſpectata Groſzyno Jarow-ſchervo ſeu Popendorff et Kaysko ex vna, et villam Wyſzyno Nobilium Jacobi

Arnoldi, bimonib, andrea, et alterius vranthosch, ac villam Bojanije
regiam quam nūc Ebrehardus ferber tenet, etiam occasione graniçen
ex altera partibus finibbc et esse respectiue suscitatab, quab discordiab
differentiabch ponere et tollere, ac Graniçib et limitib inter ipsos
bona facere, iuxta impeticionem et instanciam ipsi Rmi domini Epi
suech ecclie, vobis pntibus committo, et nomine regie mando, qtb proxia
feria tercia ante festum pentecostes nūc instanb in Graniçibus bonoch
predictorum psonaliter comparcatis, et ibidem ptibus pntibus, eorum
intencionib allegationib, et responsionib, meliorib probationib sine mora
documenta ac testimonia vtrūq. audiatis, et fundamentaliter exa-
minetis, quibus sic inuestigatis hoc quod iustum fuerit secundum vrae
cognitionem iuxta rigorem Juris determinetis, Graniçibch de nouo
vbi non sunt, cumuletis et signare faciatis, et vbi sunt si necessarium
fuerit renouetis, et renouare faciatis, quab gratiab per vos iuxta cogni-
tionem vestram determinatab per omnes partes sub penis p vos statuendis
et imponendis firmiter et inviolabiliter perpetuis futuris temporibus
obseruare iubeatis, sic pro gratia Regie. et mea commissione et non aliter
facturi. Datis Gedani sabato ante dominicam exaudi vt proximo. Anno
domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto. meo sub sigillo, Datum
vero alie Commissionis sine deputationis hre p Generosum dominum Arba-
cium Gzema capitaneum Slochouien et Surramerariu pomeranien, similr
de p sona nica vigt Leonardi Judicis et commissarij prefati fact et p me
recepte fuerant hmismodi sub tenore. Ego Arbacius Gzema capitaneus
Slochouien et Surramerarius pomeranien, vniuersis et singulis quibus
expedit pntibus significo, qd cum ego alijs magis arduis occupatus negotijs
officio meo Surramerariatus in Graniçibus inter villas et bona Rmi
domini Epi vrjavien et pomeranien vgt quasdam Jamschewo et Kaysko
ex vna, et nobilium similiter villas, et bona vgt dobrzewijno, vissigno
kolijcpka et Bojanije villam regiam qua ad presens dus Ebrichardus
ferber obtinet ex altera partibus faciendis, fiendisch psonaliter interesse
illudch harum p se comode exercere non valens Generosum dominum
Leonardum districtus dirschouien Judicem terrestrem in locum meum
deputaui, et p pntes deputo dando et concedendo eidem omnem meam facul
tatem et potestatem officium hmismodi meum Surramerariatus in dictis Grani
ciebus exercendi omniach et singula, que ego si psonaliter interessem faceren

et facere poobem faciendi, et in hjmo rei testimonium sigillum meu putibus
est subimpressum. Datum Gedano feria quarta infra octanas Exaltationis dnj
proxima. Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo sexto. Quibus quidem
Commissionum lris respective et memoratum Rmi dnj Epi requisiti. Nos
contentis in eisdem satisfacere, volend, ipsasq; exequend et in suum debitum
effectum deducend, ad bona in preinsertis commissionum lris specificata secio
tercia predicta personaliter descendimus. primoq; ad arialem sive angulatem
graniciem bonorum quassyno memorati Rmi domini Epi Crujavien, et thor-
chom domini abbatis olivien, ac dobrzewyn Nobilium ayrgaclis et ayathei
Dobrzewyuszyj circa viam ad manum dextram eunde ex Stolpe in Gedanum
sitt, veniimus, ubi adhibito ayministeriali terrestri tribunal nostrum vigore
commissionum predictarum posuimus et locauimus, partibusq; omnibus inter-
esse habentibus legittime citatis et comparentibus, vocatoq; qui maior
esse potuerat senum numero, ad limitanda prenominata bona, eaq; grani-
ciebus et signis dimidenda, et invicem separanda, vt decreto dissensionis
controversiisq; et contencionem. que occasione graniciarum solebant
esse solebant, amputarent et cessarent modo infrascripto processimus. prio
de ipso ariali sive angulari granicie circa supradictam viam a dextris et sinistra
in Gedanum eunde sitt, venerabilibus viris dnis Jacobo Longo etc ab ipsis
partibus hoc est a prelatis et Canonicis Eccliæ Wladislavien p sepefatum
Rmum dominum Epum Crujavien, smulq; capitulum Wladislavien ad hoc
specialiter missis, tandem a duo abbate olivien, successive vero a supradictis
nobilibus vgt ayrgacle, et ayathco Dzrzewyuszyj. si in eum equaliter con-
venerint et consenserint, ac pro ariale granicie et scopulo, trium hereditatum
predictarum vgt quassyno + vrchom et dobrzewyu habere voluerint
quesiimus, tandem dus abbas custodiendo sive arialem graniciem respe-
ctu bonorum +thorchom, et eum probando esse verum. quoddam privilegium
prenominati Rmi Sigismundi regis Polonie etc. confirmationis diuersorum
privilegiorum p diuersos duces pomeranie, ac Rmos reges Polonie, nunc
Magistros prussie dyonasterio olivien pro tempore, et successoribus cor
jus quibus granicies et limites signaq; quibus bona ad dyonasterium spectan
tientia a bonis eis vicinis diuidentur et separantur. specificentur
et exprimuntur. sub data Cracouie feria tercia post festum Sancti Jacobi
ad vincula proxima. Anno dni millesimo quingen° duodecimo. Regni
vero eiusdem anno sexto. ni medium exhibuit et produxit, qs privilegium

cum legere nisimus gramicem acialem sodictum ceteraq; infra direnda
signa in eo contentu et contenta. que bona quasijno. primu a Dobrze
wijn, sunt sinic vero, a supranominatis bonis dimidunt et separant mon-
ninub, ipsa enim bona quasijno quondam dni abbatis, sunt quasijni
olimeu fuerat, que tandem ex certa commutacione in proprietatem hered-
tatemq; dni dni epi Cujaviend. sunt certis transierunt, et propterea
in sodicto primilegio domini abbatis de gramicibus bonorum quasijno
mentio habetur, quem quidem acialem sinic angulatum gramicem
sinic scopulum in primilegio predicto inventu. partes sodicte omnes
unanimiter verum esse recognoverunt, et pro vero perpetuis futuris tem-
poribus habere voluerunt et volunt, quem de earum partium consensu
unita conjunctionem innovamimus, et ab isto aciali gramice et signa
in sodicto dni abbatis primilegio specificata et per nos recognita
et transversum vie sodicte et stolpe in Gedanum eundo, ad quasdam pa-
ludes, que integraliter ad bona quasijno spectant et pertinent, literis
vero earundem de Dobrzewijno, tenendo ipsas paludes inter quasijno
et Dobrzewijn ad dextram, quos fines paludi sodictarum, eo quod minus mutat
pro gramicibus et signis, inter bona quasijno et Dobrzewijn. perpetuo
observandis unita continentiam prenominati primilegij et recognitionem
eum reliquimus, quibus finibus dictarum paludum processimus et tran-
simus, pervenimusq; usq; ad locum abietis vulgariter nominatum ubi
quondam abies tribus signis erat signata, et circum fossa in valle.
ut ex eorum testimonio accepimus, et hoc idem primilegio sodicto dom
abbatis caveri comperimus, abies enim vetustate consumpta ad presens
non invenitur, ipsum tamen vallem. quo circum fossa erat notabiliter
manentem invenimus, quem de consensu partium omnium pro aciali
gramice sinic scopulo angulari inter sepata bona Dobrzewijn, quasijno
et Bojanije ville regie, quam nunc dns Ebrehardus scriber obtinet mo-
rensecto, innovamimus tandem ab isto aciali gramice dictarum trium
hereditatum vgt Dobrzewijn, quasijno et Bojanije bona sodicta
quasijno, que ultra Dobrzewijn protendumtur a sepatis bonis Bojanije
regalibus signis in arboribus diutius existentibus dimidiatur, que de
unanimi partium consensu in loco precibus renovamimus, et procedut

vsq; ad truncum grecu, iam pntrefactum vbi commutum, quo quercus circufobba
erat inveniimus, via, propter promonticulum mediatum depressa p medium
vastatum, quem ad locum ex opposito ad aliam partem vie modico supercrat
vt via predicta liberum haberet locum de consensu partiu transtulimus,
Commulumq; circumcirca fagum ereximus competentem, a quo commulo
sine gramicie taliter circumcirca fagum erecto protendimutur gramicies
vsq; ad locum vbi quercus notabiliter circufobba prope paludem vulgaritr
vsq; modo incorpatum Roszinjza stabat, quercum non invenimus solu modo
commulum quo circumfobba erat notabilem vidimus, et eundem de dictaru
consensu partium innovauimus. ab eodem cumulo sine gramie prope palud
Roszinjza sitt, et in eandem paludem et p longudcm currut gramicies,
vsq; ad cumulum sme croputum, in colle et in dextra parte cinsdem paludis
sittum, quem de consensu vtrarum partiu refecimus et monauimus, inde
vero per ascensum montis ad cumulum sme graniciem vetustum et notabile
in monte existentem, quem Nobiles de vissino pro viiati gramicie habere
voluerunt, simplici eorum assercione, non autem aliquibus bris sme priuilegijs
aut scriptis probabant, quo cumulo iuxta contincntia priuilegij domini abbatis
predicti, non obstante Nobilium sepedicto vsq assercione simplici, inuato ad
confirmationem graniciarum processimus, precimusq; vsq ad locum in quo
fagus furcata signata et circufobba prope vallem, prout re recognitione
secund intelleximus erat, in quo fagus propter diuturnitatem temporis
ad presens non extat, solumo truncus existens reptus est, vbi tamen cu-
mulus quo circufobba erat, p nos notabilis inventus est, quem ex recogni-
tione secund, et etiam inherendo priuilegio sepedicto domini abbatis Olinensis
renouauimus, a quo quidem cumulo renovato, graniciis protendimutur
ad locum, in quo etiam fagus signata et circufobba prope viam curiee
de Bojanijc in vissino, antiqtus stabat, et arbores testificabantur, et
hoc idem priuilegio sepedicto canebatur, Nunc vero non inveniebatur. solummodo
cumulus quo fagus circudata erat alignantulum de presens, in quem
Nobiles sepati de vissino consentire noluerant, admoniti tamen p
nos, vt euidentiora signa ostenderent, et ea p arbores sue priuilegia si que
haberent, probarent, qui simplicibus assertionibus eorum patres ita tenuisse, et
possedisse solum modo affirmabant. Nos vero priuilegio domini abbatis sepedicto
tenumq; testimonio inherend prefatum cumulum renouauimus, et pro gramicie

relignimus, a quo succedimus per decursum vie predicte, ad rivulum caga nuncupatum, cuius rivuli alueo protenduntur gramicie vsq; ad pontem kozymost antea, nunc vero chssarzenski nominatum, prout testimonio scriu edocti sumus, ita tamen qd ipsius rivuli vna rippa ad quassyno domini epi vsjaviend, et alia ad vistyno nobilium predictorum spectat et pertinet. A quo q dem ponte chssarzenski, incipiunt termini sive gramicie bonorum cagsko memorati R^mi domini epi vsjaviend et quassyn, ac aliorum bonorum, de quibus cognoscendis vlterius nos non intromisimus. prefat' tamen gramicis, signa, cumulos scopulos modo suprascripto inter bona prenominata p nos fact, p ipsas partes superius expressas respective perpetuis futuris temporibus observari volumus, et autoritate nobis commissa, et qua in hac parte fungimur mandamus, sub pena centum ducatorum hungaricalium auri in auro boni et iusti ponderis sacre regie. Domino vero palatino prenominato quinquaginta, et nobis supradictis Commissarijs triginta similiter florenorum p partes suas partem contravenientem applicandorum, et irremissibiliter p solvendorum, in quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum sigilla nostra putibus sunt subimpressa. Datum in loco prope pontem sepatum chssarzenski appellatum feria quarta ante festum pentecostes proxima Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto. putibus ibidem honorabili et Nobilibus dominis Nicolao de Lauenburgk in quassyno predicta plebano. Adam Trampkeski. Bartholomeo kotarpski, Nicolao frijzki Aduocato wolbozien. Simone wolski, valentino foltyn, et Matthia Stoski testibus ad premissa adhibitis, Nos supplicationem factam prefati R^di domini Thatthie Epi vsjavien et pomeranien super re nobis dilecti iustam et legittimam ac rationi consonam esse animaduertentes, actum superius scriptum, et presentibus insertum, et solenniter celebratum, de beneficentia gratie nostre approbamus et ratificamus auctoritate nostra regia, robur perpetuum eidem confirmationis officio adicientes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum subappendi fecimus. Datum in Adano in vigilia Sacratissimi corporis christi Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto. Regni nostri anno vigesimo. putibus vt supra. Hoc.

R^do eiusdem Reuerendi in christo patris domini petri thomicki Epi Cracovien et Regni Polonie Vicecancellarij

Lre relaxationis suspensionis liber-tatis a Theloneo antiquo pro Friderico Smalcz Cive Posnaniensi

Sigismundus etc.

Significamus tenore p̃sentium vniuersis. Quia nobis ad intercessionem quorundam consiliariorum nostrorum pro famato Friderico Smalcz Cive et Mercatore nostro posnaniensi nobis factam, simul ac memoria repetentes damna sua, que a publicis grassatoribus in rebus et mercibus suis, quibus aliquociens spoliatus est, preteritis temporibus accepit, Considerantesq; qd ipse pro negociationes suas non michil accessionis et comodi rectigalibus nostris crebro afferre solet, propterea q; vt ipse negociationes suas comodius exercere possit, eundem Fridericum Smalcz gratia nostra relevare volentes suspensionem in Comentu generali Pyotrkoviensi ante biennium acti, ad decursum quinq; annorum factam libertatis, ac immunitatis a soluendis theloneis nostris antiquis, qua Cives nostri posnanienses a nostris predecessoribus donati sunt, quo ad eiusdem Friderici Smalcz psonam et mercimonia ita relaxamus et tenore p̃sentium relaxamus, qd ipse, durante predicta suspensione theloneа nostra antigua, a quibus alias liber fuit, predicta immunitate Civitati posnaniensi concessa fretus in tribus Cameris nostris infrascriptis videlicet posnaniensi, Lubliniensi, et Leopoliensi solvere non tenebatur. Quocirca vobis theloneatoribus nostris in eisdem cameris constitutis, ac eorundem gerentibus mandamus, vt in hac prerogativa et gratia predicto Friderico Smalcz a nobis ex causis predictis facta, eum omnino consentientes, ac rebus et mercibus suis, ipsa theloneа nostra antigua in prefatis tribus Cameris posnaniensi, Lubliniensi et Leopoliensi non exigatis, nec exigi permittatis, pro gratia nra non aliter facturi. Datis

Mandatum ad capiendum fidelitatis Juramentum et Homagium a Nunciis Rossam et aliarum Civitatum Ducatus Barensis

Sigismundus etc. Manifestum facimus tenore p̃sentium. Quia ad capiendum

et homagium fidelitatis Juramentum, nostro nomine a Nuncijs et oratoribus Rossani et aliarum Civitatum principatus et Ducatus Barcen, qui in presencia Cracoviam ad ipsum homagium et Juramentum nobis prestandum venerunt et qui sub hac absentia nostra ablync venturi sunt. Venerabili Stanislao Borgk Decretorum doctori, Cancellario Vratislaviensi et Canonico Cracovien Secretario nostro, plenam facultatem concessimus, et suntibus literis nostris concedimus. Ita vt ipsum Juramentum fidelitatis ab illo receptum, non minoris vigoris et potestatis sit, q si a nobis ipsis recipceretur, Et si quid oportunum videret. vicissim ipsis oratoribus vel Nunciis a nobis concedend. ad id totum prestand. cum scientia et voluntate Sere^me dne Bone Regine coniugis nostre charissime eidem doctori Borck Secretario nostro, omnimodam concedimus potestatem In cuius rei testimonium rps Datum in Civitate nra Gedanen 13 Maij. Anno Dni M°. d°. XXvj^to. Regni nostri anno vigesimo.

Quitancia pro Simone Beltram Mercatore Gdanen de pecuniis pro frumento olim felicis de Zelanka solutis.

Sigismundus rps. Significamus rps. Quomodo comparentes coram nobis, consiliarijsq protunc nobis assistent partes infrascripte, recognouerunt modo infrascripto. q pro pecunia, que in manibus Famati viri Simonis Beltram mercatoris Gdanen deposita fuit. p nobilem Stanislaum Bijalegki vicecapitaneum Lukomien, pro frumentis olim Generosi Felicis de Zelanka Castellani Chelmen et Capitanei Lukomien pro septuaginta et vno Lastis fuit assignata ipsis sit satisfactum a prefato Simone Beltram, In primis vtq sepefatus Stanislaus Bijalegki vicecapitaneus Lukomien, facta cum eodem debita ratione de salcatisq deductionibus, prefatum Simonem Beltram, recognouerit. q satisfecerit, de pecunia prefata pro septuaginta et vno lasto apud ipsum deposita, effectualiter coram nobis quietauit, eundo ab omni impedimento futuro omnisq psone eiuscendo, et se submittendo. Ita quod Andreas in egresso pater Dns Thadeus de Brzezniga Epus Vratislavien sincere nobis dilecti qui executor testamenti fuit prefati olim Capitanei Lukomien, prefatum

Stanislaum Bijalczky ab eo pecunia pro prefatis lastis frumenti recepta quittat, et ab omni impedimento liberet. Quoniam vero sepfatus Rndus Dnus cum suis coexecutoribus, viz. dño magnifico adam de Brzezniga Castellano Radomien, et Nobili Nicolao Jedlenski, ex contractu coram nobis anno superiori Cracovie celebrato, testamenti p prenominatum felicem de Zelanka Capitaneum Lubomien facti, executionem transtulit, in Generosos Joannem et Stanislaum de Liaszenige tanq heredes, et in bona eiusdem succedentes, et qui in sr testamenti onera sponte susceperunt, sepfatus Reuerend dns Gyathias Epus Vjavien. omnem et totalem eam pecuniam sdicto Sta Bjalczki, pro frumentis iam dictis receptam, trecentos florenis pro anniversario constituendo predicto testatario, prout ex contractu sepfato, cautum est, apud se retentos et receptos, sepfatis Joanni et Stanislao de Lezenijce fratribus ante N. Sobijskerskij mictio Stanislai absentis, ad hoc cum plena potestate misso dedit et tradit, prefati vero Johannes de Lezenijce et Stanislaus p nuncium sum sdicto Rmo in Chro patre dno petro Cracovien Epo patrono communem ante et restringente predictum Rndum in Chro patrem dnm Gyathiam Epum Vjavien cum suis coexecutoribus quittauerunt de supradicta pecunia pro Grossis lastis frumenti recepta et perpetuo quittant. eosdem a omnis rei impetitione pro vera realiter et effectualiter eiuncze se submitten, quibus in testimonium rsp. dat in Civitate nostra Gdanczen feria Secunda ante festum Sancti Philippi et Jacobi Apstor Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo Sexto. Regni nostri anno vigo.

Judicatus Pautzen

Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto datus est Judicatus districtus Pautzen Generoso henrico Lubogiej Rsp.

Judicatus Slochowien

Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo Sexto sub data sta quarta in vigilia Assumptionis dni cuius. Datus est Judicatus Slochowien districtus Generoso Georgio Pawlowski Rsp.

Exactio Ciuilis duorum annorum pro reparatione Ciuitatis Camenecen donata

Vige

Significamus tenore p̃sentium vniuersis. Quia nos intelligentes Ciuitatem nostra

magna adhuc reparatione et munitione indigere, remisimus et presentibus remittimus ciuibus illius exactionem ciuilem, que vulgo Czynsz dicitur. que in Comentu pijotrcowien generali proxime preterito ad duos annos est decreta et instituta. Remisimus insuper ac remittimus eisdem ciuibg Camenecen vnā quartale contributionis Czopowe anni presentis tali conditione, vt eam pecuniam, que tam ex contributione Ciuili q etiam Czopowe prouenit, et prouenire deberet impendant, et impendere teneat, in reparationem ipsius Ciuitatis nostre Camenecen. Quapropter tibi Generoso Andree Czyrmijenski moderno et cuicunq; alteri pro tempore existenti Exactori terre podolie mandamus, vt dictas Contributiones p tempora superius expressa vigt exactionem ciuilem in conuentu proxime preterito pijotrkowien, vti premittitur est, ad duos annos decretam. Contributionem vero Czopowe p vnū quartale anni puntis ab ipsis Ciuibus Camenecen non exigas, sed consules eiusdem ciuitatis Camenecen pecuniam que ex dictis Contributionibus prouenit et prouenire debet exigere et percipere ac in reparationem portarum ipsius Ciuitatis conuertere permittas, pro gratia nostra non aliter facturus. Datum in Ciuitate nostra Gedanensi Sabato infra octauas Ascensionis domini. Anno etc. M°. D. XXVI^to.

Contributio Fertonum remissa anno presenti Incolis tre Podolie

Sig. etc.

Significamus tenore puntium vniuersis. Quia nos habentes benignam rationem damnorum que Incole villarum terre Podolie hoc vere a thartaz acceperunt remisimus ipsis omnibus et singulis Incolis villarum terre predicte Podolie, et harum serie tenorum remittimus gratiose, duntaxat ad annum presentem Contributionem Fertonū, in Conuentu generali pijotrkowien preterito, pro necessitate reipublice decretam. Quocirca tibi Generoso Andree Czyrmijenski exactori eiusdem terre Podolie mandamus, vt Incolas villarum in illa consistentium in hac gratia et dimissione eis facta omnino conserues, ipsamq; Contributionem Fertonū in Conuentu pijotrkowien proxime preterito decretam ab illis non exigas, nec exigi facias pro gratia nra. Hanc etc. Gedani Sabato infra octauas Ascensionis dni Anno etc. M. D. XXVI^to.

Sigismundus rex manu propria.

601

Saluusconductus pro Joanne Dzyky Ciue Cracouiensi

Sigismondus &c.

Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis. Quia nos salui conductum nostrum regium plenam quoque et omnimodam securitatem Johanni Dzyky ciui nostro Cracouien ad festum pentecostes nunc instans p nos contess. vbi ipse salnus conductus et securitas nostra expirabit, ab eodem festo pentecostes proxime venturo, ad alnid festum pentecostes proximum anni futuri millesimi quingentesimi vigesimi octauini exclusiue p vnum annum integrum, auctoritate nostra regia, Statuto Regni nostri in contrarium non obstante prorogauimus, ac harum serie tenarum de certa sciencia et voluntate nostra prorogamus, vt sub securitate et immunitate istius nostri salui conductus, cum creditoribus suis quibuscunque ac etiam debitoribus agat et componat, et negotia sua exerceat Cracouie et in omnibus alijs locis in regno et dominijs nostris vsque ad expiracionem hnius nostri saluiconductus. Eximimus preterea vxorem Joannis Dzyky hor nostro salnoconductu durante propter debita sua ab omnium officialium nostrorum, et judicum quorumcunque spiritualium et secularium potestate et omni impedimento, vt idem Joannes cum vxore, liberis, famulis et rebus suis omnibus hor nostro salnoconductu munitus et protectus, tutus et securus semper vbique remaneat, omnibus et singulis status et condicionis cuiuscunque existentibus spiritualibus et secularibus, Dignitarijs et officialibus tam castrorum quam ciuitatum, ac eorum factoribus seu vicegerentibus mandamus, vt hunc vestrum nrm salnoconductum omnimode obseruantes, prefatum Joannem Dzyky sub nostra immunitate existentem honorabiliter vbique tractent, ac ad quarumcunque personarum seu creditorum cuius instancia vestrum judiciare, eique nulla grauamina nullamque vim directe vel indirecte, aut alio quouismodo seu quesito colore durante hnius salnoconductu nostro inferre presumat, sed nec inferri a quopiam permittat. Cumque securitatem a nobis illi datam vbi opus fuerit proclamari faciat et non aliter facturi pro gra nra. Volumus autem, vt predictus hor vigore hnius nostri saluiconductus ex cepcio se non possit contra creditores suos de moratia, qui primi dominum quam Cracouie habet, et cetera bona eius arestrauit, sed vt primum et ante omnia solnatur id quod eis debet. Aliquin easu non solutionis in jure sue illud respondere teneatur hor ipse salnoconductus

nostro minime obstante. Harum testimonio literarum quibus sigillum nostrum est impressum. Datum in Civitate nostra Gedanen die dominico infra octavas ascensionis domini Anno eiusdem M°. D°. XXVI°. Regni nostri XX°.

Petrus Epus et Vicecancell sst.

Ro reverend pt Epo

Decretum pro famato Francisco Esthkye contra fratres de Ledecz

Sigismundus &c.

Significamus tenore presentium universis. Quia cum Generosi Thomas et Jacobus fratres germani de Ledecz Capitanei nostri de Ledecz Cowalien. sno ac matris aliorumq; fratrum et sororum suarum nomine famatum Franciscum Esthkye, proconsulem Civitatis nostre thornien, ad nos judicium nostrum citassent, illumq; vigore citationis sue, in quo termino requisissent, et decerni petyissent, vt omnes pecuniarias, quas communiter vel dimissim sibi haberet inscriptas, in bonis nostris regalibus nos instrascripto, ab eorum predecessoribus, quorumq; nomine ille de consensu Serenissimi olim principis Domini Casimiri Regis parentis et predecessoris nostri desideratissimi obligatis, videlicet magna Lenka, Crosznyno Centralgowe Jenyc wyelge, et Sielens eorumq; tholendinis ac alijs pertinentijs et provencionibus ab ipsis thoma et Joanne fratribus predictis, et ab alijs bonorum nomine illum ad id citatos requisiverunt recipere, bonaq; nostra sepefata, ac eorum possessionem eis dimitteret, ex adverso vero sepedictus Franciscus Esthkye citatus allegasset, se ad receptionem ipsarum omnium pecuniarum, in supernominatis bonis nostris, sibi inscriptarum non teneri nec eximi posse eo quod non solum ad extrema vite sue tempora per nos in illis conservatus esset, verum etiam ea ipsa bona in feudum sibi gratiose per nos donata et concessa possideret, id quod literis nostris, super eadem conservatione sua et donatione nostra seu dati legittime emanatis, eisq; concessis, et coram nobis originaliter exhibitis, liquido demonstravit, supplicans, vt iuxta dispositionem, earundem literarum ipsum in dictis bonis, et eorum possessione relinquere et conservare dignaremur

Nos attendentes eiusdem Franciscj Estkyjc huiusmodi supplicationem esse
instam, simul ac considerantes, qd ipsis suditorum fratrum de Ledeg, ac
eorum coheredum maioribus, seu antecessoribus, eorumq; successoribus no
esset relicta et reservata in consensu, ipsius olim beneuolentissimi parentis
nostri, domini Casimiri regis, facultas redimendi memoratum Franciscum
Estkyjc, de bonis nostris supremis expressis, conservaminus et pubus
literis conservamus, eundem Franciscum Estkyjc, in possessionem bonorum
predictorum iuxta continentiam et tenorem literarum earum, p eum vi
premissarum est coram nobis originaliter exhibitarum. ipsiusq; thome et Joanni
de Ledeg, ac eorum matri fratribus et sororibus, ac alijs necessarijs cog
et propinquis, necnon alijs quibuscunq ad prenominata bona se habere
interesse quomodolibet pretendentibus, perpetuum silentium ratione suorum
naturalium bonorum nostrorum imposuimus, et imponimus, et ab eorum instancia
et impetitione, ipsum Franciscum Estkyjc et eius legitimos successores ab
solvimus, et absolutos declaramus, hoc decreto nostro mediante. Datum qbg rp
Datt in Civitate nostra Cracouien feria secunda infra octauas Assumptionis
Dominj. Anno eiusdem dm 1525 regni nri anno xxo.

Rex et cancr

Vadium contra Thorunen pro Balthasare Sandomirien Cive

Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto. regni nri xxo.
Datum est vadium contra thorunen in forma inscripta in ea videlicet
que sequitur, videlicet Quod famatis proconsulibus et consulibus totiq;
communitati Civitatis nostre thorunen. fidelibus dilectis gratiam nostram
regiam famati fideles dilecti. Questus est graviter coram nobis famatus
Joannes Baltasar Civis noster sandomirien, qd illi inimicias apte denuntia
retis in vite eius discrimen. Quod nos pari communi contrarium esse consentes
volentesq; eidem Joanni Baltazaro conquerenti de securitate prouidere,
vadimus nostrum inter vos, et sepedictum Joannem Baltazarem, vallandum
ac interponendum duximus, vallamusq; et interponimus per pntes Trium
videlicet millium florenorum monete et numeri regni nri p mediam

bexagenam computatorum, nobis pro una medietate, pro alia vero medietate
parti illud tenenti per partem in eo succumbentem irremissibiliter persolven
dorum. Mandantes sub eodem vadio, qd una pars contra aliam non insurgat,
nec in alterius pniciem aut detrimentum publice vel occulte directe, vel indi^
recte, aut quocunq; alio quesito colore p se vel submissas psonas, amicos, fau^
tores, adherentes seu familiares quoscunq; agat et moliri audeat, sed vt in
pace et tranquilitate se contineat, et non vi sed jure mediante actiones
suas prosequi debeat. De quo quidem vadio in Registrum Cancellarie nostre
inscripto, ne, qua ignorantia eam pretendere possit, id ad eam noticiam
deducimus p presentes. Mandamusq; vobis, vt non vi sed jure et justicia
mediante, vti premissum est cum dicto Joanne Baltasaro de actionibus
et causis vestris experiamini. Pro gratia nra non aliter facturi. Dat in
Civitate nostra Cedanen feria secunda intra octavas Ascensionis domini
Anno eiusdem domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo Regni nri
anno vigesimo.

Ad Mandatum Regie
Maiestatis proprium

Alia ratificatio ville Lyporze

Sigismundus — Significamus tenore presentium universis. Quia annuentes
supplicationibus quorundam consiliariorum nrorum pro Nobili Job
Sokolnyzky nobis factis ratamq; et gratam habentes obligationem
ville nostre Lyporze tenute Nobilis Martini Trzebyenszky p eundem
Martinum ipsi Job Sokolnyzky sine consensu nostro factam, eam ipsa
obligationem ipsius ville Lyporze perinde approbamus, et confirma
mus approbamusq; et confirmamus p presentes, ac si ad eandem obliga
tionem consensus noster accessisset, p dictum Job Sokolnyzky suosq;
successores, ipsam villam nostram Lyporze iuxta vim et continentiam
literarum et inscriptionum originalium iuste et legittime emanatarum, in ea summa
in qua illi obligata est, citra tamen augmentum vel excessum summe primi
palis, in ipsis literis et inscriptionibus originalibus expresse, tenendam
habendam, vtifruend quiete et pacifice possidendam tam diu donec hmoi
summa in qua ipsa villa nostra Lyporze sepenominato Job Sokolnyzky obligata

existit, citra tamen excessum, vt sonissonum est, sime principalis in literis seu inscriptionibus originalibus inscripte illi, vel eius successoribus legittis p̃ prefatum quartinum Trzebyenski, aut eius successores, vel p̃ nos aut successores nostros fuerit plene p̃ soluta. Quo facto quidem ville Lyssowice possessio, ad nos aut ipsos successores meos, vel ad memoratum Job Sokolnyski aut eius successores redibit et devolvetur pleno jure, juribus nostris regalibus in eadem villa Lyssowice salvis semp̃ remanentibus. Datt etc.

Datt in Civitate nra Adamow feria tercia infra octavas ascensionis domini Anno eiusdem domini 1526. Regni nostri anno vigesimo. Rto etc.

Ratificatio obligationis Aduocatie in Sokolnyki

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium vniuersis. Quia ammodo supplicationibus quorundam Consiliariorum nrorum, pro Nobili quartino Trzebyenski, et vxore eius Katgerina nobis factis, ratamq̃ et gratam habemus obligationem aduocatie in villa nostra regia Sokolnyky p̃ eius aduocatum hereditarium vigt Nobilem Job Sokolnyski sopiato quartino Trzebyenski et eius coniugi predicte sine consensu nostro factam eam ipsam obligationem aduocatie in Sokolnyky, perinde approbamus et confirmamus p̃ presentes, ac si ad illam consensus noster accessisset, p̃ dictum quartinum Trzebyenski, et eius coniugem sodictam, eorumq̃ successores, ipsam aduocatiam in Sokolnyky vigore vim et potestatem primilegij originalis sigillo nostro et legittime emanati, in omnia in qua alias obligata est, citra tamen augmentum vel excessum premissorum primilegio expresse, tenendam habendam, vtifruendi, quietq̃ et pacifice possidend. tam diu donec huiusmodi omnia, in qua ipsa aduocatia prenominatis coniugibus obligata est, citra tamen excessum vti premissum est sime in primilegio eius originali descripto, eisdem coniugibus, vel alteri eorum, aut ipsorum legittimis successoribus p̃ sopiatum Job Sobolnyski, aut eius coniugem, vel eorum successores, aut p̃ nos vel successores nostros fuerit plene p̃ exsoluta. Juribus et obuencionibus nostris regalibus que ex predicta aduocatia nobis deb̃entur, salvis nichilominus semper

remanentibus. In cuius testimonio literarum quibus sigillum nostrum est appensum.
Datum in Civitate nostra Gedanen feria tercia infra octavas ascensionis dni
Anno eiusdem dni 1526. Regni nostri anno vigesimo.

Pro reverendo in chro patre domino petro Episcopo
Cracovien et Regni Polonie Vice Cancellario

Decretum inter Judeum Judam de Grodno et Georgium Welant Civem thorunen

Sigismundus etc.

Significamus tenore presentium universis. Quia cum coram nobis mota esset
juridica questio, sive actio inter Judam Judeum de Civitate nostra Grodnen
ni Magno Ducatu Lithuanie sita tanq actorem ex una, et Famatum Ge
orgium Welantq Civem thorunen ex altera partibus occasione certi
contractus sive navigio alo phrocht, proponente sepefato Juda Judeo, quomo
converebet dictum Georgium Welantq, qd ipse de expedito thynkozin certas
merces ipsius vigt octo peciis cere, et tria liganina tele alb lynyi, ac quin
magnos Cartos Hamuli pro certo salario, vgt a quolibet Cchisunt p
viginti grossos Ducere deberet, et qd easdem merces sepefatus Georgius
Welantq in suam Crapham alb Crathgad et in suam curam recepisset, ipsiq
Judeo spedito promisisset et spopondisset spoditas cius merces conducere
usq in Gedanum, et illas pro certo tempore illic locare, vgt una cryptima
na ante festum pentecostes anno iam elapso sine omni damno et impedi
mento sepefati Judei Juda et qd iam sepefatum salarium sepefatus Judeus Juda spedito
Georgio Welantq in toto persolvisset, predictus vero Georgius Welantq
non satisfecisset hmisimodi contractui, quod videlicet pro tempore de pro
tato prout se obliganerat spoditas merces in Gedano non locaverit, imo
pretacte merces in ipsius Georgij promissione existentes, vgt tela et Hamuly
sint pene pluviam destructe, propterea qd ipse Georgius propter gravidam

607

ſimon excellum dnum comitem sub Cimitate wischegrod p thelonearorem
loci illius, cum prefata Scapha mercibus onerata p aliquot septimanas
